menti sui noui saporem: escas parās eis ortigometrā vt illi qdem ꝑcupiscētes escas ꝑpter ea que illis ostēsa ⁊ imissa sunt: ⁊ a necessaria ꝑcupiscētia auerterent. Ibi autē i breui inopes facti nouā gustauerūt escam.

Postq̄ spūsanctus reprobauit idolatras per multas vias: ⁊ declarauit diffuse vnum solū verum deum colendū esse. Cultus autem vnius dei fuit antiquit̄ potissime apud hebreos: cultus idolorū apud egyptios. Modo consequēter in ista parte vt cultum vnius dei complete suadeat: ⁊ cultus idolorū perfecte dissuadeat: agit cōmixtim vsq; ad finem libri: nūc de supplicijs in fictis egyptijs: nūc de beneficijs collatis iudeis: ostendens q̄ illi erant iuste puniti ꝑpter eorum iniquitatē: ⁊ isti mirabiliter visitati a deo ꝑpter eorum pietatem: quia vnum verum deum fideliter coluerunt. Et huius di processum tenuit supra. cap. 5. Diuiditur ergo processus istus vsq; ad finem libri in duas partes.

Nā p̄mo narrat iustoz ⁊ iniustoz cōez retributiōez.

Secūdo rependit auctor libri deo ꝑ collatis beneficijs populo dei gratiarū actionē in fine libri ibi. In oibus enī magnificasti. Circa p̄mū duo facit.

Nā p̄mo narrat maloz multiplices tribulationē.

Secundo eorum finalem exterminationē ibi. (Immys autem) Circa primum tria facit.

Primo ostendit quomodo egypty affligebantur per bestias ⁊ animalia.

Secundo ostendit quomodo affligebantur per res insensatas ⁊ elementa.

Tertio quō affligebantur per corpora supercelestia.

Secunda pars infra. cap. isto. (Negantes enī nosse.)

Tertia cap. 17. (Magna enim sunt iudicia tua) in q̄libet enim istarū partū facit collationē ⁊ correspondentiā inter beneficia ⁊ supplicia. Nam sicut egypty ꝑmebantur per bestias elementa ⁊ corpora supercelestia: ita hebrei contra hec tres mirabiles cōsolatiōes habuerunt siue receperunt. Habuerunt coturnices eis datas in escam: vt sicut mulce et cynipbes afflixerunt egyptios: ita nobiles volucres consolarentur hebreos.

Secundo habuerunt māna de aere descendens: vt sicut ignis ⁊ grando afflixerunt per elementū aeris egyptios: ita māna per idem elementū descendens cōfortaret hebreos. Tertio habuerūt lucem a corporib⁹ supercelestibus semper cum eis permanentē vt corpora celestia quādo egyptys lucem suam subtraherēt: eā tamen nihilominus hebreis exhiberent. De istis ergo beneficijs ⁊ supplicijs agit alternatim ꝑ antithesim ꝑ duo capitula. Circa tamen p̄mā antithesim quē est de egyptioꝝ exterminatione: ⁊ de hebreoz cōsolatione ⁊ vtraq; per bestias ⁊ volatilia tria facit.

Nā p̄mo narrat egyptioꝝ exterminationem.

Secundo hebreoz mirabilem consolationem.

Tertio assignat inter egyptios ⁊ hebreos cuiusdā diuersitatis distinctionem. Secūda pars ibi. (Pro q̄b⁹ tormentis.) tertia ibi. (Oportebat) Quāntū ad primum dicit. (Propter hec) i. idolatriam multiplicem. (⁊ bis similia) quia aliquos modos idolatrie specificauit: ⁊ aliquos ꝑteremissit. (Passi sunt digne tormenta ⁊ per multitudinē bestiarū exterminati sunt.) qz per multitudinem bestiarū quidam afflicti ⁊ quidā exterminati sunt. Circa scđm ꝑ cōtrariuz fecit deus circa populū suū licet peccassent in deserto: sicut narratur Exo. 16. Sily israel in deserto murmurauerūt cōtra dominū dicētes. Utinā essemus mortui in egypto

quādo sedebamus super ollas carniuz: ⁊ comedebam⁹ ad saturitatē: statim vero cū moyses orasset ad dñm redy ⁊ respondit eis. Audiuit dominus murmuratiōes vestras contra eum: ⁊ dabit vobis vespere carnes. Facto vero vespere ascenderunt coturnices de quodā sinu arabico vbi potissime nutriūtur ⁊ transito mari in termedio ceciderūt inter castra: id est inter tentoria hebreoz ⁊ capiebantur ad nutum populi: ⁊ hanc hystoriam narrans in littera. dicit sic. (Pro quibus tormentis) egyptioꝝ p̄mū recitatis. id est loco tormentoz egyptys illatoꝝ (bene disposuisti populū tuū) i. dedisti beneficia populo tuo. (quibus) i. illis qui fuit populus tuus (Dedisti concupiscētia delectamēti sui) id est delectationem concupiscētia. iuxta illud ps. 105. Lōcupierunt concupiscētia in deserto (nouus saporē) id est (escam) noui saporis (parans eis ortigometrā) Est autem ortigometra anis regia s̄m magistrū in hystoꝝ: quā Josephus ortigiam vocat. Hec vero ortigometram: nos vulgo dicimus currigelum a currendo: ⁊ dicit ortigometra quasi recta mensura. Iusto tamen videt differentiam ponere inter coturnices ⁊ ortigometrā. y. ethimo. cap. 7. Coturnices a sono vocis dicuntur quas greci ortigias vocant: eo q̄ vise fuerūt primo in ortigia insula. he adueniendi tempora habent. Nam estate depulsa maria transineant. Ortigometra dicit que gregem ducit. Cum autē terre appropinquat accipiter videns eam rapit. ⁊ ꝑpterea cura est vniuersis ducem sollicitare externi generis per quā caueant extrema pericula. Libos gratissimos habēs femina venozum quā ob causam eas veteres yesci inter dicebant: solum enī hoc animal sicut homo caducum patitur morbum. hec Iusto. Ubi patet s̄m euz q̄ coturnix ⁊ ortigometra non sunt idem: quia soluz illa dicitur ortigometra que ducit exercitum ⁊ non alia: quāuis autē dicat Iusto accipiens a solino q̄ solum hoc animal morbum patitur caducum: nō tamen creditur hoc esse verum. Vulgus enim dicit q̄ auctor libri qui incipit. Triplex esse scribit q̄ illum quidem morbum patiuntur passeres. Scribit etiam solinus de mirabilib⁹ mundi de coturnicibus: q̄ quādo mare transire volunt austru flante nūc exiunt. Nam vim flatus tumidioris metuunt: plurimūq; se aquilonarib⁹ credunt: vt corpora pingua: ⁊ ideo tarda facilius prouebat fortior ac vehementior spūs: cum maria transeunt: impetus discurrunt ⁊ metu spacy longioris vires suas tarditate nutriunt. vbi vero terram conspiciūt cateruatim coeūt. Deinde conglobate vehementius properant: que festinatio plerūq; exitium parat nauigantibus. Accidit enim noctibus vt vela incidant ⁊ ꝑponderatis funibus in alueos mergant. hec Solinus. Iusto ergo auius genere pauit dominus filios israel in deserto cum paterent cōcupiscētia carniū quales comederant in egypto: vt videlicet per illas carnes auerterentur a concupiscētia quā habebant: ⁊ hoc est qd dicitur in littera. (vt illi quidem) i. filij israel (cōcupiscētes escam carniū) i. de egypto (auerterentur: ⁊ a necessaria cōcupiscētia) hoc est violentia. Necessariū enim vno modo dicit violentum s̄m Aристо. 5. metaph. ca. de necessario. Quis autē concupiscētia eozum violentia: qz oriebat ex consuetudine yescendi carniū in egypto. Cōsuetudo antez assimilatur nature. 7. ethi. Consuetudo est altera natura. Ut ergo auerterentur a necessaria cōcupiscētia ꝑpter ea que illis ostensa ⁊ missa sunt. i. ꝑpter animalia: que illis missa fuerūt per diuinā puidētia. i. coturnices: ideo eis diuinitus date fuerunt: quod ⁊ factum ꝑ

Magister Josephus. Iusto.

Coturnices mare transirentes i tāta multitudinē pueniūt q̄ aliqui naues sumerunt.

Aristo.

Sic egypti fuerūt peria tribulati: ita hebrei fuerunt per alia tria solati.

Consuetudo  
bz violentas  
maximā iclt  
nādi volūta/  
tē ad se.  
Valerius.

Augustinus

Hierus.

Figura.

Augustinus

tunc saltem fuit vt a cōcupiscentia auerterentur. vnde subdit. (Di autē). i. filij israel (in breui inopes facti). i. indigentes cibo (nouaz gustauerūt escam.) de qua dictum est. Et est notandū q̄ consuetudo maximam habet violentiam inclinandi voluntatem ad se: ideo sicut optimuz est assuefieri ad bonas consuetudines et virtuosas: ita periculosuz et pessimū est assuefieri ad vitia. Unde narrat Valerius lib. 7. capi. ij. in fine q̄ cretenses cum acerbissima execratione vti volunt aduersus eos quos vehemēter odiunt: optant vt mala cōsuetudine delectent: modestoq; voluntatis genere efficacissimuz genus vltionis euetū reperit. Dec ille. Vult dicere q̄ ipsi videntur moleste maledicere quādo dicunt homini mala consuetudine delecteris: et tñ imprecantur ei maximū gen<sup>o</sup> mali. De malitia vero peruerse cōsuetudinis loquit Aug<sup>o</sup>. 8. cōfessionū. cap. 5. de se metipso dicens q̄ difficilis fuit ad conuertenduz ad fidem. Unde dicit sic. Ligatus eras nō ferro alieno: sed mea ferrea voluntate: velle meum tenebat inimicus et inde mihi cathenā fecerat et strinxerat me. quippe ex voluntate peruersa facta est libido: et duz seruui libidini: facta est consuetudo: et duz cōsuetudini nō restiti: facta est necessitas. Dec Aug<sup>o</sup>. Unde etiā metricē dicit. Qui nō assuefcit virtuti dum iuuenescit. A vitis nescit discedere quādo senescit. In cuius figuram saluator facliter suscitauit puellam in domo et iuuenem delatum in porta: sed lazarus quadrivanū in monumento cū gemitu lachrymis et clamore. Joan. xi. Quā hystoriam exponēs Augustinus super Matth. omel. 15. dicit sic. Moles imposita sepulchris ipsa est dura vis consuetudinis: qua p̄mitur anima: nec resurgere: nec spirare permittitur. dictuz est autem quadrivanus. Reuera ad istam consuetudinem de qua loquor de quodam progressu peruenit anima. Prima est quasi scintillatio delectationis in corde. Secūda consensus in voluntate. Tertia factū. Quarta consuetudo: hec Augustinus.

Lectio. CLXXVI.

Opotebat enim in illis quidem sine excusatione supervenire interitum exercitibus tyrannidem. His autem ostendere tñ quē admodum inimici illorum exterminabantur. Etenim cū illis supervenit seua bestiarum ira: morsibus peruersorum colubrozū exterminabantur.



**R**ostquam spūsanctus per salomonē declaravit aliq̄liter quō egypty puniebant in egypto per cynipbes muscas et ranas: quia posset aliquis dicere q̄ oīno consimiliter affligebantur hebrei in deserto per serpentes ignitos qui pplm tactu venenoso inflāmauerūt et occiderūt: ideo placuit auctori diuersitatē assignare in hac parte inter afflictioēs illatas egyptus per hōs bestias: et castigatōēs illatas hebreis p̄ consimilem modum. Et circa hoc duo facit.

- ¶ Nam p̄mo assignat miraculosam diuersitatem.
- ¶ Secūdo illorū miraculoz deo attribuit auctoritatē.
- ¶ Secūda pars ibi. (Tu es dñe.) ¶ Circa primū duo facit.
- ¶ Primo ostendit diuersitates inter egyptios punitos et hebreos ex parte eorum qui patiebantur.
- ¶ Secūdo ex parte penaz que eis infligebant. scda pars ibi. (Sed nō in perpetuū.) ¶ Circa primū duo facit.
- ¶ P̄mo ostēdit quō diuersimode digni fuerūt punitōe.

Secūdo quomō hebrei habuerūt se in afflictioē. Secūda pars ibi. (Etenim cū illis.) ¶ Circa p̄mū sciendū q̄ egypty qui detinuerūt hebreos. i. filios israel p̄. cccc. annos in seruitute post mortē Joseph qui etiā ordinauerunt totum masculinū genus hebreozū interficere: merito debent tradi ad interitum sine quocūq; remedio: et maxime ppter duritiam cordis eorum ad orationes moysi et aaron merito obuerūt morti tradi: sed hebrei in deserto multo min<sup>o</sup> peccauerūt: et ideo sufficit q̄ aliquid talī punirent pena per bestias: sicut egypty quondam puniti extiterāt vt castigarent in seipsis: et perpēderent que egypty sustinuerant in egypto. Et h̄ est q̄ dicit. (Opotebat enī illis quidē). i. egypty (sine excusatione). i. sine pene mitigatione (supervenire interitum). i. mortem (exercitibus tyrannidem) in eis. Dec tyrannidis est regimē tyrāni: et est quedā spēs monarchie regalis quādo aliquis p̄ncipatur populo cōtra eoz voluntatem et ad suūp̄sū solū utilitatē puatā fm Aristo. 3. pol. 2. 8. ethicoz. Unde tyrānidis est crudelis domū natio. (Dis autē). i. filij israel opotebat (ostēdere) tantum per sensibile exp̄ientia in cōsimilib<sup>o</sup> affectioibus. (quē admodū inimici illoz). i. egypty (exterminabantur) Dec autē perpēderūt sensibili: exterminabant morsibus colubrozū. Et hoc est q̄ subdit. (Etenim cū illis supervenit seua bestiaz ira). i. serpētū ignitoz: imissa. vs. a deo (morsibus) puerozū colubrozū exterminabant). i. aliqui inurnurātes cōtra dñm et nō penitētes mordebant sed nō exterminabant. Coluber est genus serpentis: et dicit coluber quasi colēs ymbrias: quia in ymbribus sepiū cōmoratur. dicit Deute. 8. In deserto illo fuerūt serpētes flatu adureses scorpiones et dipsades. Dipsas est genus serpētis. et dicit latine situla per strariū: qz perimit hoies siti: vas vero situla vocatur p̄prie q̄ aufert sitim. et iste situle sunt adeo parue: vt cū calcanē vix videant: quarū venenū ante extinguit q̄ sentiat nec tristitia sentit moritur fm magīm in hystoria sup 8. cap. Deute. Et figurāt moralr iste situle demones q̄ bonos viros sedis cogitationib<sup>o</sup> agitāt et infestāt. Iste etiā sunt ita parue q̄ vix vident: et ex nimia occasione surgūt et intoxicāt sine molestia: imo cū delectatiōe p̄mūt: qñ sūt per delectatiōē morose. ¶ Circa illā clausulaz. (Opotebit enī in illis sine excusatiōe supervenire interitū.) Notandū q̄ tria sūt que excusabiles reddūt oēs peccatores et pena dignos ostendunt. videlicet.

- ¶ Magnitudo scientie in peccante.
- ¶ Similitudo culpe in iudicante.
- ¶ Et ineptitudo cause in allegate. ¶ Primo reddit hominem inexcusabilez magnitudo scientie in peccante. Quanto enim aliquis maiorem et clariozem notitiā habet de deo: tāto magis peccat ceteris paribus. Et ideo de philosophis dicit apostolus ad Roma. p̄mo. Qd̄ invisibilia dei eis per creaturas innotuerunt: et tñ evanuerunt in cogitationibus suis: et obscuratū est insipiens cor eorum intantū vt idola colerent nec super h̄ in aliquo excusant quasi de deo nullā notitiā habuissent: qz inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciunt: sempiterna quoq; virtus eius et diuinitas ita vt sint inexcusabiles. Sile dicit saluator de iudeis. Joan. 15. Si nō venissem et locutus eis fuisset: pctm non haberent: nūc autē de pctō suo nō hnt excusationes. ¶ Secūdo reddit hominē inexcusabile similitudo culpe in iudicante: quādo aliquis in dēprehendit in crimine pro quo solet alios punire: nullā pōt excusatiōē pretēdere. Exēplum de falsis iudicib<sup>o</sup> q̄ volebāt cōdēnare iusannam. Dan. 13. Et ideo signanter dicit Ap̄ls. Ro. ij. In excusa-

A

Arta.

Coluber qd sit.

Dipsas qd sit.

Magi hnt.

B

Erta sūt que pctōre reddūt iexcusabiles.

Primo

Secundo.

bilis es o homo omnis qui iudicas: in quo eniz alteruz iudicas: te ipsum condemnas. Tertio reddit hominem inexcusabilem ineptitudo cause in allegate. Quando enim causa que allegatur manifeste nulla est vel coficta per mendacium: non est excusatio sed aggravatio ad precedens delictum. Exemplum de inuitatis ad cenam. Luce. 14. Qui falsas et fictas excusationes fecerunt et assignauerunt a cena fuerunt reprobati: et alij loco eorum vocati. Et ideo contra tales excusationes malitiosas petit ps. 140. Non declines cor meus in verba malitie ad excusandas excusationes in peccatis. Excusant tamen se quadrupliciter homines de peccatis suis.

Quidam per lasciuam societatem.

Quidam per diuinam voluntatem.

Quidam per carnalem fragilitatem.

Quidam per finalem utilitatem.

Primi dicunt comuniter quando deprehendunt peccasse. mala societas compulit me ad hoc malum. Que quidem excusatio fatuissima putaretur apud iudicem secularem. cum concedat facinas et alios coaccuset: sed multo magis apud deum non valet qui nouit mali arbitry libertatem. Unde Seneca in prouerbijs. Omitte excusationes: nemo peccat inuitus: et est excusatio multorum: allegatio socioz sicut dicunt multi. Quare non licet mihi: Sic eniz facit talis et talis. Sed ista societas non excusat peccantem sicut Hieronymus in quadam epistola. Multitudo socioz impunitabile non facit crimen. Secundo quidam se excusant per diuinam voluntatem: quozum aliqui dicunt deum eos sciuisse peccaturos et velle eos tales esse nec eis esse imputandum: sed dispositioni diuine et corporibus celestibus et constellationi. Et tales deum blasphemant quasi sit auctor malozum et vindex factorum que homines cauere non possunt. Isti aliquo modo figurantur per Jacob volentes decipere patrem suum cum pater quereret quomodo tunc cito inuenire potuisset. vnde sibi cibum optatum pararet. Respondit: voluntas dei fuit vt mihi cito occurreret quod volebam. Genes. 27. Isto modo sunt nonnulli mundi sapientes iuris ciuilibus periti: quicquid faciunt colozare legibus et munire rationibus sciunt omnino vt nihil faciant sceleris quod non sit iuribus excusatum si homo credere velit eis. Tales assimulantur Dionysio tyranno: de quo narrat Valerius. libro primo. capi. 4. Iste ingressus templum deozum detracto Ioui olympio magni ponderis aureo amictu pannu laneum ei circumdedit: et admirantibus illis qui aderant quod sic sine timore sanctos suos spoliare presumpsit. Respondit: quod illud ad dei sui comodum fecisset. Nam aureum amictum graue foret pro estate et frigidum pro hyeme: laneum quoz pro vtroque tepore fuit aptum. Iterum esculapio qui fuit barba aurea redimitus demum iussit barbam et auferri. Cuius causam assignauit quod Appollo pater suus imberbis esset: et non decebat patre carente barba: filium apparere barbatum. Iterum vittas aureas et pateras et coronas que simulacra porrectis manibus sustinebant tollebat: et se eas accipere non auferre dicebat: stultum esse confirmans a quibus bona precamur: ab his porrigentibus nolle sumere. Isto modo prudentes seculi quatuor flagitiose se habeant contra iura deum et ecclesiam semper coloratis rationibus se excusant. Tertio quidam se excusant per carnalem fragilitatem et dicunt plane blasphemantes deum se non posse a libidinibus abstinere. propter complexionem tales. Contra quos arguit Hieronymus in explanatione fidei: et allegat eum magister sententiarum. 4. distinctio. 36. Excremus in-

quit nos blasphemiam eorum qui dicunt impossibile aliquid homini a deo preceptum esse: et mandata dei non a singulis: sed ab omnibus in comuni posse seruari. Quarto quidam excusant se per finalem utilitatem: et tales inueniuntur nonnulli predones: raptozes: et iniusti exquistozes: qui auferunt a diuitibus bona sua sine conscientia: colligunt et recondunt et elemosinas causam finale pretendunt. Isto modo diuersi diuersas excusationes inueniunt: et cum peccatores existant: se tamen contra deum de peccatis defendunt. Unde Gregorius. 21. moral. Usitatum generis humani vitium est libido: peccatus committere et commissum negando abscondere: et conuictus defendendo excusare. Sicut autem impius est peccata que commissum nos pertinaciter excusare: ita virtuosum est valde proximum non faciliter iudicare: sed communiendo aliquo modo excusare: considerantes.

Comunis fragilitatis conditionem.

Sincere familiaritatis comunione.

Et vere pietatis exercitationes. Prima enim comunis fragilitas qua frequenter oes erramus debet nos mouere ad aliquo modo excusandum: non tamen pertinaciter defendendum errores faciles alioz. Unde Bernardus super cantica. sermo. 41. Noli iudicare proximum: sed magis excusa intentionem si opus non potes: puta ignorantiam: puta surreptionem: puta casum: quod si oes omnino dissimulationem rei certitudo recusat: suade nihilominus tibi et dicit apud te ipsum vehemens temptatio fuit. Quid de me illa fecisset si illa accepisset in me similiter potestatem. Secundo mouere nos debet ad idem sincere familiaritatis comunio: vt saltem de amicis faciliter mala non credamus: nec etiam de proximis: nec de prelati vel etate proiectis. Unde Hieronymus in epistola ad rusticum. Non est facile malum de puera etate credendum: quia vita preterita defendit: et honorat vocabulum dignitatis. De amico etiam suo Xenocrate cum quidam Platonem dixisset quod dixerat de eo malum: respondit sibi non esse credibile quod ille quem tantum amabat eum non diligeret: cumque narrans dictum suum se probaturum assereret. Respondit Plato nunquam Xenocratem talia dixisse nisi expedire iudicasset. Tertio mouere nos debet ad idem vere pietatis exercitatio. Pium est enim alienos defectus sine lesione iustitie quantum fieri potest excusare: et famam proximorum quantum possibile est illis seruare. Unde Origenes super Leuiticum. 33. capitulo. Non vult te dominus si forte videris peccatum fratris continuo euolare ad publicum et proclamare passim et diuulgare peccata aliena: quod esset vti que non corrigentis sed infamantis. Unde apostoli Symon et Judas. Nos innocetes absolueret oportet: nocentes vero proderet non decet.

Lectio. CLXXVII.

Sed non in perpetuum ira tua permansit: sed ad correctiones in breui turbati sunt: signum habentes salutis ad commemorationem mandati legis tue. Qui enim conuersus est non per hoc quod videbat sanabatur: sed per te omnium saluatorem: et in hoc ostendisti inimicis nostris: quia tu es qui liberas ab omni malo. Illos antequam locustarum et muscarum occiderunt morsus: et non est intecta sanitas anime illorum: quomodo digni erant ab huiusmodi exterminari.

Quo se excusant de peccatis suo quadrupliciter

Primo

Seneca. Nemo se potest excusare de peccato: quod non peccat inuitus. Hieronymus

Secundo

Exemplum. Valerius.

Tertio

Hieronymus.

D

Gregorius

Proximus non est facile iudicandus peccata.

Primo

Bernardus

Secundo

Hieronymus

Exemplum

Tertio



**S**tenfa diuersitate demeriti inter egyptios punitos per bestias in egypto et inter hebreos punitos per bestias in deserto. In ista parte persequitur de eadem diuersitate supplicij. Fuerunt autem diuersimode puniti: egyptij ad exterminationem: hebrei vero ad cor

rectiones. De punitione egyptiorum per ranas muscas et cynipbes satis est superius tactum. De punitione vero hebreorum est sciendum quod sicut habetur Num. 21. Luz populus in deserto contra dominum murmurasset immisit eis serpentes ignitos hoc est paruos et veloces ad modum scintillarum qui tactu venenoso inflamabant et causabant tumorem et rubores in carne: ad quorum puncturam quidam vulnerati sunt: quidam vero mortui. Venerunt ergo ad Moysen et rogauerunt eum quod oraret pro eis ad dominum. Ad huius ergo preces ordinauit dominus ut faceret figuram serpentis de ere: et poneret super summitates pernice et faceret illum deseri in populo et dixit eis quod quicumque esset percussus a serpente ignito statim aspiceret ad serpentem eneam et curaretur. Istud miraculosum remedium prouidit deus filius israel in deserto: et fuit figura pulcherrima de passione christi sicut ipsemet allegauit. Joan. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui credit in eum non pereat: sed habeat vitam eternam. De afflictione igitur hebreorum per serpentes ignitos et remedio eis concesso agit auctor in parte ista declarans qualiter egyptij afflicti fuerunt sine remedio tanquam incorrigibiles: hebrei vero cum remedio tanquam filij ad correctionem habiles. Et circa hoc tria facit.

- ¶ Nam primo tangit hebreorum rationabiles castigationem.
  - ¶ Secundo egyptiorum miserabilem exterminationem.
  - ¶ Tertio redit ad declarandam mirabilem hebreorum liberationem in plaga serpentis. Secunda pars ibi. (Illos autem locustarum.) Tertia ibi. (Filios aut tuos.)
  - ¶ Circa primum quatuor facit.
  - ¶ Nam primo agit de afflictionis tedio.
  - ¶ Secundo de afflictionis remedio.
  - ¶ Tertio de eiusdem remedij auctore precipuo.
  - ¶ Quarto de fine per illud remedium principaliter intento.
- Secunda pars ibi. (Habentes signum salutis.) tertia ibi. (Qui enim conuersus.) quarta ibi. (Et in hoc ostendisti.) Dicit enim sic. (Sed non in perpetuum ira tua permansit.) Ira tua id est pena inflata per te: hebreis peccantibus in deserto: non fuit exterminatiua omnium generaliter sed castigatiua tantum. Unde subdit. (Sed ad correctionem in breui turbati sunt.) Hier. 30. Non faciam te in consumationem: sed castigabo te in iudicio ut non videaris tibi innoxius: et hoc in breui. quod Esa. 54. In momento indignationis mee abscondi faciem meam parumper a te. Et tamen cum fuerunt in turbatione illa fuerunt (habentes signum salutis.) id est serpentem eneam (ad come morationem mandati legis tue) id est sicut memorator in lege tua. Numeri. 21. Fac serpentem eneam et pone eum pro signo. Sed quia ille effectus quo curati fuerunt ad inspectionem serpentis enei posset a simplicibus ipsi serpenti attribui et non deo: ideo tertio subiungit. (Qui enim conuersus est et per te) christum figuratum per illum serpentem eneam qui omnium est saluator. Figurabatur autem christus per istum serpentem eneam multipliciter.
- ¶ Quantum ad morum innocentiam.
  - ¶ Quantum ad situm eminentiam.
  - ¶ Quantum ad vite carentiam.
  - ¶ Et quantum ad salutis efficientiam. ¶ Primo quantum

ad morum innocentiam: quia sicut illa figura serpentis venenosa apparuit: et tamen nullum venenum habuit: ita christus in carne peccati apparuit: et tamen nullum peccatum habuit: nec est inuentus dolus in ore ipsius. Secundo quo ad vite carentiam: quia sicut serpens ille vitas non habuit: et tamen de materia maxime duratissima fuit: quia es inter omnia metalla durabilis est: sicut dicitur h. glo. ita christus vere mortuus est secundum humanitatem et vere eternus et immortalis est secundum diuinitatem. Tertio quantum ad situm eminentiam: quia sicut serpens positus fuit super pernicem longam ut a toto populo videretur et a gentibus: ita christus in ligno crucis ita alte suspendebatur ut a toto populo videretur: ubi etiam adhuc a deuotis mentibus per fidem et amorem conspicitur. Quarto quantum ad salutis efficientiam: quia sicut omnis a vero serpente percussus si serpentem eneam aspiceret curabatur. Ita quilibet a diabolo vulneratus si christum in cruce consideret per fidem et veniam roget sanatur.

¶ Quarto subiungit finem per istud miraculum principaliter intentum. videlicet honorem dei: cuius dicit. (Et in hoc ostendisti inimicis nostris: quia tu es qui liberas ab omni malo) scilicet corporali et spirituali. Christus enim legitur fecisse miracula propter tria.

¶ Primo ad eorum curam quos operabatur utilitatem: quia eos frequenter in corpore et in anima curabat.

¶ Secundo propter aliorum conuersionem: quia multi videntes christi miracula conuertebantur.

¶ Tertio propter dei gloriam et honorem. Job. 9. Nec hic peccauit: neque parentes eius sed ut manifestent opera dei in illo. Et eodem modo in proposito deus israel miraculum fecit ad utilitatem honorum dei filij israel ad conuersionem malorum et ad gloriam dei dilatanda. Secundo principaliter in ista lectione agit de egyptiorum in egypto mirabili per bestias exterminatione: que propter eorum malitiam sine quocumque remedio infligebatur. unde subdit. (Illos autem) id est egyptios (locustarum et muscarum occiderunt mortuis.) De quibus locustis dicitur Exo. 10. Dixit dominus ad Moysen extendere manum tuam super terram egypti ad locustam ut ascendant super eas: et deuorent omnem herbam que residua est grandini. De muscis vero Exo. 8. habetur. Venit musca grandis in domo pharaonis etc. Locusta secundum glossam super illud Exo. 10. dicitur quasi longa hasta: quia habet longiora crura retro quam ante. Et secundum Isido. id est et bicolorum. est animal paruum noxium habens dentem et plus quam cetera animalia frugibus nocet. Item secundum Hieronymum super primum capitulum Jobelias. Diuisi modi volatilis sunt tria nomina successiue secundum etatem. Nam fetus locuste antequam habeat alas vocatur brucus: cum incipit volare vocatur acelabus: cum plene volat vocatur locusta. De locusta loquens Basilius in exameron dicit. Locusta dicitur quasi loco stare faciens: quia cum iter arripienti occurrit: malum est et finistrum: sicut brucus dextrum pretendit. Vel dicitur locusta: quia nunc saluum dat: nunc loco stat: vel quia per modicum tempus stat in uno loco. Chrysostomus super Mattheum sic ait. Locuste sunt volatilia munda quidem sed parua: et non satis in altum volantis que manducantur Joannes in deserto. Arnolphus etiam quidam expositio sic ait. Minimum genus locustarum in deserto iudee quo pastus est Johannes usque hodie apparet. et habet corpusculum in modum digiti manus: membris exilibus et breuius: in herbis facilliter capitur. Nec ille. Talibus ergo locustis et muscis exterminabantur egyptij in contemptum et derisionem et non per leones vel ysaos vel

Primum

Secundum

Tertium

¶ Eps figura bat p serpente eneam qdru pliciter.

¶ Primo

Secundo

Tertio

Quarto

Quartum

¶ Eps fecit miracula ppter tria.

¶ Primo

Secundo

¶ Principale

¶ Locusta qd aial fit.

¶ Fidozus

¶ Hierony

¶ Basilius

¶ Chrysost



fortia animalia: quia digni erant propter eorum idolatriam a talibus exterminari. Circa illam clausulam. (Signum habentes salutis.) Notandum quod deus humano generi multa signa ostendit.

**C** Signa beniuolentie sunt omnes creature facte et create ad seruiendum homini.

**C** Reminiscencie. Est enim signum quod vnum offert sensui et aliud intellectui: et ideo omnis creatura sensibilis seipsam offert sensui et deum representat intellectui boni viatoris. Nemo potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cum eo. Joannis. 3. Signa

reminiscencie sunt septem sacramenta ecclesie per que reducimur ad memoriam passionis dominice. Heb. 10. Salus nostra firmata est contestante deo signis et potentis et variis virtutibus: et spiritus sancti distributionibus.

**C** Signa prouidentie dabat ante suum aduentum: ne omnino veniat peccatoribus improuisus. Et hoc est signum magne curialitatis diuine. Nullus enim qui aliquid facit quod vellet occultari approbat aduentum hominis improuisus: sed peccator qui libet faceret quod vellet: si posset occultari: et ideo deus mundo pleno peccatis venturus premitit signa quedam notabilia per que homines contra ipsius aduentum sibi prouideant et disponant. De istis signis dicitur Luce. 21. caplo. Erunt signa in sole et luna et stellis. Dicit Vegetius de re militari. libro. 3. caplo. 5. Tria inquit genera constat esse signorum pro negocijs belli. videlicet.

**C** Uocalia. Uocalia dicuntur que humana voce pferuntur: sicut duces

**C** Semiuocalia. Semiuocalia sunt que fiunt per tubam cornu vel buccinam.

**C** Muta. Muta sunt vexilla: aquila dracones. Et circa ista signa ponebatur medietas donatiui omnium militum euntium ad bellum propter duas rationes. Una fuit ratio ne si ea habuissent in custodia propria in frivolis expenderent. Unde ad utilitatem eorum prouisus fuit quod sufficienter sustentabantur de annona communi. Alia ratio fuit ut per hoc animosius et fortius sequeretur signa sua et ea nullo modo relinquerent: ex quo periculum suum castrense ibidem scirent consistere: sed potius ea defenderent quantum possent. Ista tria signorum genera faciet christus in aduentu suo secundo. Nam signa uocalia erunt in illa disceptatione: sicut dicitur Matth. 25. Sturruistis non dedistis mihi manducare etc. Signa semiuocalia: quia tuba pcedet: et de istis simul dicit Apostolus pme Thessal. quarto. Dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba dei descendet de celo. Signa vero muta erunt instrumenta passionis christi et ipsum corpus dominicum vulneribus insignitum. Dan. sexto. Ipse est saluator et liberator faciens signa et prodigia in celo et in terra. Signa patientie dat nobis diu expectando nos ad veniam ut redeamus ad gratiam. Ephe. quarto. Nolite contristare spiritum sanctum dei in quo signati estis in die redemptionis.

Lectio. CLXXVIII.

**C** Filios autem tuos nec draconum nec venatorum vicerunt dentes: misericordia enim tua adueniens saluabat illos. In memoriam sermonum tuorum exterminabantur et velociter sanabantur ne in altam incidentes ob-

lutione: non possent tuo vti adiutorio. Etenim neque herba: nec malagma sanauit eos: sed tuus domine sermo qui sanat omnia.



**E**xplicata tribulatio egyptus illata per multas bestias quibus sine remedio exanimabantur: redit ad correptionem filiorum israel in deserto: a qua cum mirabili adiutorio liberabantur. Et circa hoc tria facit.

**C** Naz primo ostendit huius remedij causam supernaturalem.

**C** Secundo ponit huius remedij causam finalem.

**C** Tertio excludit ad huius remedij efficientiam omnes causas medicinales. Secunda pars ibi. (Ne in altam)

Tertia ibi. (Etenim neque herba.) Quantum ad primum dicit sic. (Filios autem tuos etc.) Quia fuerunt filij ideo debuerunt castigari. Eccli. 7. Filij tibi sunt erudi illos et curua illos a pueritia eorum. In cuius figuram dicit ps. 136. Beatus qui tenebit et allidet paruulos suos ad petram. i. beatus qui castigabit filios suos vel carnales per naturam: vel spirituales per curam et allidens eos petre. i. christo assuefaciens eos ad opera virtuosa. et alibi dicit. ps. 100. In matutino interficiebas omnes peccatores terre: hoc est statim in iuuentute vitia peccatorum per castigationes condignas amputauit: et hoc est capere vulpes paruulas que demolluntur vineas. Lanti. 11. Unde Hieronymus super epistolam. Ephe. 1. et habetur in cano. distinctio. 37. legant. Dely sacerdos pater sanctus fuit: sed quia filios non erudiuit in omni disciplina et correctioe: supinus cecidit et mortuus est. (Filios autem tuos nec draconum nec venatorum vicerunt dentes.) Quia nec a magnis bestijs in quantitate cuiusmodi sunt dracones: nec a malitiosis in qualitate: cuiusmodi sunt serpentes minores domino protegente ledebantur. Draco enim secundum Iudorum veneno caret. etc. et bimol. caplo. 8. ita scribit. Draco maior cunctorum serpentum siue omnium animantium super terram. Hunc greci draconem vocant. Unde et veruatum est in latinum: ut draco diceretur qui sepe a speluncis extractus fertur in aerem: concitaturque propter eum aer. Est autem cristatus ore paruo et artis fistulis per quas trahit spiritum et linguam exerit. Uim autem non indenti bus sed in cauda habet: verberare potius quam ictu nocet. Innoxius est enim a venenis: et ideo huius ad mortem faciendaz venena non erunt necessaria: quia si que illigauerit occidit. Unde nec elephas tunc est sui corporis magnitudine: nam circa semitas delitescens per quas elephantes solito gradiuntur crura eorum nodis illigat ac suffocatos perimit. Dec Irido. Fert autem secundum Papiam quod herba que dracontea dicitur nata sit de sanguine draconis. et ideo sic vocata: et est dracontei coloris: flos vero eius sicut lingua draconis. Si quis radice huius herbe sanis confricet manibus: serpentes si ne periculo prendet: est autem tyriace virtutis si legat mese July. Dec Papias. mirabile est autem si veneno careat draco cum secundum auctores auram spirando inficiat et flatu mortifero pestes ingerat: sicut patet ex narratione Aristotelis libro suo de proprietatibus elementorum: de eo quod contigit tempore philippi in armenia. et Solinus de mirabilibus mundi dicit expresse quod non in dentibus: sed in cauda venenum habeat: nec obstat quod eius carnes comedunt ethiopes: sicut dicit ps. 73. Dediti eum populo ethiopyum escam: quod potest esse vel quia venenum excutit aliqua arte sicut medici faciunt de serpentibus: vel quia dam abscindit in qua latet venenum. Draconis autem

2. se expō.

Pulchra expositio.

Dictionum

Draco quod sit Iudorum

Herbe dracontee virtus.

Aristo.

De huiusmodi signis...

Secundum.

Tertium.

Vegetius. Signa belli...

Secunda.

Tertia.

Tria signa...

Quartum.

Trabie  
de dracōib⁹.

caro vitrei coloris est et in frigidat vescentes eas. Hinc est quod ethiopes in feruida plaga habitantes carne draconis libenter vescuntur. Mercatores etiam: quod est mirabile dictum: quibusdam carminibus dracones faciunt mansuetos ad tempus: quibus insidentes freno eos regunt usque cum in ethiopiā veniunt ubi eos vendunt. ut dicitur in libro de naturis rerū. Dicit ergo litera. (Silios autem tuos nec draconum: nec venatorum vicerunt dentes: misericordia autem tua adueniens sanauit eos) per aspectum serpentis: sicut in lectione precedente dictum est. Subdit autem causam quare sic affligebantur et ait. (In memorias enim sermonum tuorum exterminabantur: et velociter sanabantur ne in alta incidentes obliuionem non possent tui adiutorio. Et dicuntur tria. videlicet.

Causa afflictionis illate.

Modus medicine collate.

Et finis salutis eis date. (Puniebantur enim in memoria sermonum tuorum.) hoc est ad memoriam et communicationem dei exterminabantur. Aliqui legunt (in memoria) dictionaliter: quia obliuio diuinorum sermonum multos duxit in exterminium. Aliqui legunt examinabantur. alii exterminabantur et potest exponi exterminabantur. i. grauiter vexabantur. Modus medicine collate subiungitur cum dicitur. (Et velociter sanabantur.) Finis vero salutis eis date fuit remotio desperationis. Unde subdit. (Ne in altam incidentes obliuionem. in altam) id est in profundam (ut non possent tui adiutorio) desperatione preueniente cogitationem. Ultimo excludit ab illo remedio causam naturalem et dicit sic. (Etenim nec herba: nec malagma sanauit eos: sed tuus domine sermo qui sanat omnia.) Malagma idem est quod emplastrum. et dicitur a malaxo. as. quod est manu laxare et coprimere herbas coctas cum oleo vel butyro in aliquo genere gummi. vel aliquas species commiscere pro emplastro: et nihil tale sanauit eos: sed sermo dei: quo precepit serpentem enecum fieri et poni pro signo. Numeri. 21. Circa illam clausulam.

(Tuus sermo domine sanat omnia.) Notandum est quod sermo dei deuote conceptus sanat omnes infirmitates mortales vel mortales virtute diuina. de quo ps. 102. Qui propiciatur omni iniquitati. in. tu. qui in. tuas: et sicut medicina non subito sanitatis effectum inducit: sed per processum temporis et cum mora: ita verbum auditus: aliquotiens auditorem subito non conuertit: sed cum forte in anima eius quieuit per. 20. annos. tunc primo incipit operari. Habet autem anima multas infirmitates que ad. 7. capitales radicaliter reducuntur: et per septem corporeas infirmitates figurantur. Nam superbia frenesi comparatur. Patitur enim freneticus mentis alienationem qua nec bene iudicat de seipso nec de alijs: imo seipsum iudicat quanto infirmiores tanto valentiores. Eodem modo superbi omnes contemnit et damnat: et se solum sufficientem reputat et sibi plus quam habet semper arrogat. Istam mentis alienationem patiebatur merito pro sua superbia rex Nabuchodonosor: de quo Dani. 4. qui dixit deambulans in aula sua. Nonne hec est babilon magna quam ego edificauit in domum regis in robore fortitudinis mee et gloria decoris mei. Et statim virtute dei eiectus est ab hominibus: et cum feris vixit: et passus est mentis alienationem: et videbatur sibi quod esset bos in anterioribus: et in posterioribus leo: et post septem menses restitutus est ad preces Danielis ad sensum. licet non statim ad regnum. Et tunc legitur sic dixisse. Omnes vie dei iudicia et gradietes in super-

bia potest humiliare. Dani. quarto. Cura vero frenesis in principio est euacuatio sanguinis et aliorum superfluum que ad cerebrum ascendentes perturbant usum rationis. Et eodem modo verbum vel sermo dei ostendit nos vacuos esse ab omni bono quantum ad nos attinet: et a deo habere quicquid boni fecerimus: et quadiu in frenesi superbie detinemur: a nobis sanitatem mentis recuperare non valeamus. Iuxta illud Eccli. 3. Synagoge superbiorum non est sanitas. et certe ideo oportet nos sanguines superbie emittere et effundere superfluos humores rerum temporalium: et cum vera humilitate et firma fide currere ad deum. De quo dicitur. Luce sexto. Omnis turba querebat eum tangere: quia vir tuus de illo exibat et sanabat omnes. Secunda infirmitas spiritualis est ira: et hec comparatur febri acute: eo quod habens eam patitur calorem continuum et sitim magnam sicut Constantinus libro. 7. viati. capitulo de cersi. vel canson. Et isto modo est de homine iracundo qui statim ad quodlibet verbum calorem colere sue ostendit gestu verbis et vultu: habet etiam sitim magnam semetipsum vindicandi: et talis omni die incendit omnes vicinos suos pro nihilo. Hanc infirmitatem patiebatur Herodes quando videbat quod illusus a magis esset: iratus est valde: et mittens occidit omnes pueros qui erant in bethleem et in omnibus finibus eius. Ecce precessit calor nimius et secuta est sitis irrationabilis ultionis. Istam infirmitatem curat sermo diuinus predicando de diuina dulcedine et pietate dei. In cuius figuram legimus Marci sexto. quod discipuli ungebant multos oleo et sanabantur. Tertia infirmitas est inuidia et comparatur febri seu febricitanti. Febricitans namque modo calefit: modo frigescit: eodem modo inuidas. modo gaudet de aduersitate bonorum: modo dolet de eorum prosperitate. Istam infirmitatem patiebatur Saul primo Regum. 18. Quando iuenculas audiuit canere de David. et ait. Mibi dederunt mille: et David decem milia. Ista infirmitas putrefacit interiora hominis. et cura eius est sermo diuinus persuadens amicitiam et gratitudinem: quia sicut inuidia est putredo anime: ita amicitia est eius sanitas. Proverbiorum. 14. Vita carniū sanitas cordis: putredo ossium inuidia. Quarta infirmitas spiritualis est accidia que comparatur paralysi. que est membrorum dissolutio et debilitatio: ita quod motum debetum perficere non possunt patientes eam. Istam infirmitatem patiebatur figuratiue loquendo ille qui. 38. annis iacuit ante piscinam salutiferam et nunquam descendit in eam ut sanaretur. Joan. quinto. Et significat inueteratos dierum malorum qui continue iacent iuxta sacramentum confessionis et penitentie: et nunquam curant intrare donec debeant mori. Ista infirmitas sanatur per valde calida: quia si ex vna parte confideratur calor pene generalis: et ex alia parte calor charitatis christi excitantis ad operationes virtutis: statim de tanta accidia poterit habere curam. Hiere. 3. Conuertimini filij reuertentes et sanabo infirmitates vestras. Quinta infirmitas spiritualis est auaritia et comparatur hydropisi sicut Beda. cuius propietas est: quanto magis bibit: tanto plus sitit. Et eodem modo auarus nunquam dicit sufficit. Hanc infirmitatem patiebatur diues ille qui dixit. Luce. 12. Destruam horrea mea et faciam maiora et illuc congregabo omnia que nata sunt mihi. Istam infirmitatem sanat sermo diuinus: persuadens elemosinam et opera pietatis. Esaie. 58. Strange esurienti panem tuum: et egenos vagosque induc in domum tuam. Et sequitur. Tunc erumpet quasi mane

Curatio frenesi.

Secunda  
Ira parat  
febri acute.

Curatio  
inuidie.

Tertia.  
Inuidia  
comparat  
febricitanti.

Curatio  
inuidie.

Quarta.  
Accidia  
paralitica  
parat.

Curatio  
accidie.

Quinta.  
Auaritia  
hydropisi  
parat.

Curatio  
auaricie.

B  
Sermo dei  
sanat omnes  
infirmitates.

Septem  
infirmitates  
Prima  
Superbia  
frenesi  
parat.

lumen tuum et sanitas tua citius orietur. **Sexta** in infirmitas spiritualis est gula et ebrietas: subvertens iudicium rationis et comparatur epilepsie que facit hominem cadere corporaliter: spiritualiter autem et moraliter ad omnia genera peccatorum cuius sit ingressus et ianua omnium vitiorum. Istam infirmitatem patiebatur dices epulo. Luce. 16. qui induebatur purpura et bysso et epulabatur quotidie splendide. Loth etiam inebriatus vtraque filiaz cognovit. Gen. 19. Quia hec est infirmitas que nunquam sola venit. Hanc sanat sermo diuinitus persuadens abstinentiam rationabilem. Eccli. 31. Sanitas est mentis et corporis sobrius potus. **Septima** infirmitas est luxuria: et comparatur lepre: eo quod generatur ex calore corrupto et deordinato. Et istam infirmitatem patiebatur Salomon qui habuit uxores reginas quasi septingentas: et concubinas trecentas: et cum iam senex esset deprauatus est cor eius per mulieres. 3. Regum. 11. Hec est infirmitas contagiosa et abominabilis. Una namque persona talis centum potest inficere: et hanc sanat sermo dei persuadens homini honestam societatem et penitentiam seueritatem: et deuote orationis instantiam. Hec enim omnia ad curam huius infirmitatis exiguntur. In cuius figura: maria lepra percussa per septem dies fuit excluda a castris et non nisi ad orationem Moysi sanata. Numeri. 12. dicente moysi ad dominum. Deus obsecro sana eam. Sic ergo sermo dei sanat omnia. In cuius figura dicitur Luce. 9. quod christus conuocatis duodecim discipulis misit eos predicare regnum dei: et sanare infirmos. **Lectio. CLXXIX.**

**Tu es domine qui vite et mortis habes potestatem: et educis ad portas mortis et reducis: homo autem occidit per malitiam suam: et cum exierit spiritus non reuertetur nec reuocabit animam que recepta est: sed tuam manum fugere impossibile est.**

**Postquam** spiritus sanctus declarauit diuersitatem inter punitiones duas: quarum una est: quod exterminauit egyptios: et altera quod puniuit hebreos: quia declarauit quomodo miraculose puidit hebreis de remedio quo sanarentur in deserto: videlicet de serpente eneo. In ista parte istorum miraculorum omnium deo attribuit auctoritates. Et circa hoc tria facit.

- Primo** deo attribuit puniendi omnimodam potestatem.
- Secundo** attribuit homini delinquendi spontaneam fatuitatem.
- Tertio** ab homine excludit impune euadendi liberam facultatem. Secunda pars ibi. (Homo autem occidit.) Tertia ibi. (Sed tua manus.) **Circa primum** duo facit.
- Unum** est quod deus habet potestatem vite et mortis: quia in ipso est potestas vitam auferendi: conferuendi: et afferendi.
- Secundum** est quod ipse potest homines deducere per afflictiones intrinsecas usque ad portas mortis. et iterum ad vitam et salutem reparare. ergo in ipso est omnipotentia puniendi. Porte mortis sunt graues infirmitates et tribulationes per quas homines moriuntur. Ad egrediendum per portas debemus nos semper parare. Unde Seneca. epistola. 56. Venientem mortem nemo bylaris accipit nisi qui se ad illam diu composuit. Vastus autem tam stultum esse qui mortem timeat quam qui senectute. Nam quemadmodum senectus adolescentiam sequitur: ita mors senectutem. Uiuere nesciuit: qui mori non vult:

vita cum acceptione mortis data est. Ad hanc itur: quam ideo timere dementis est: quia certa expectatur: dubia metuuntur: quis queri potest in ea conditione se esse in qua nemo non est. Prima autem pars equitatis est equalitas. Dec Seneca. Et vult dicere quod iniquus est qui contra mortem murmurat: cum omnem hominem mori oporteat. **Secundo** attribuit homini spontaneam fatuitatem delinquendi. Et circa hoc tria facit.

- Primo** dicit quod homo sibi ipsi infligit triplicem mortem. 1. **Culpe.** Quantum ad mortem culpe dicit.
- Nature.** Homo autem occidit per malitiam
- Hebenne.** animam suam: quantum ad mortem nature dicit. (Cum exierit spiritus in die mortis non reuertetur) ad presentem vitam naturaliter. quantum ad mortem hebenne subdit. (Nec reuocabit animam que recepta est.) supple in inferno. Job. 7. Sicut consumitur nubes et pertransit: sic qui descendit ad inferos non ascendet. **Tertio** excludit ab homine impune euadendi liberam facultatem. Et quantum ad hoc subinfertur. (Sed manum tuam effugere impossibile est) quia sicut nec celum effugere potes: sic etiam nec manum dei. Nam si ad occidentem ieris ab oriente fugiendo: celus super te extensus est: si ab aquilone ad austrum semper a celo contineris sicut auis in cauea et effugere non potes. Eodem modo si fugis deum placatus: accedis ad deum iratum. quocumque uerteris semper in manu dei eris: vel puniente pro delicto: vel premiante pro merito: Unde bene poeta dixit. Quo fugis Eucharide: quascumque accersis oras. Sub ioue semper eris. An nescis longas regibus esse manus. (Homo quidem occidit per malitiam.) **Nota** quod multa mala facit malitia. Est enim.
- Recte** rationis subuersiua.
- Humane** conuersationis turbatiua.
- Et in proprium** auctorem reflexiua. **Sciendum** est quod malitia radicata facit homines male eligere: et corrumpit bonam estimationem et veram de rebus sicut dicit Aristoteles. 7. ethicorum. Hec est ratio quare malitiosi cuius sint inter mille prudentes frequenter falluntur ut ceteri. Sap. 11. Excecauit eos malitia eorum. Unde Luce. super. 11. ca. Mattheus. ostendit quomodo malitia herodis fecit eum esse stultum: quando nitebatur occidere christum. et dicit sic. Considera hic stultitiam mixtam dolo tyranni. Aut enim herodes credidit scripturis aut non. Si non credidit: quid interrogabat scripturas: que credidit vaniloquas. Si credidit estimans prophetiarum etiam immobilem: quomodo ergo sperabat illum regem posse interficere quem futurum dicebant scripture. Nam si prophetie credidit: planum erat ipsum aduersus impossibilia conari. Si non credidit: tunc nec sibi timere debuit nec puero insidiari. Respondet Luce. Anima semel malignitate capta stultior cunctis efficitur. Tale enim est vitium malignitatis: ut a nullo plerumque impulsu seipsam precipitet: et sepe absque effectu operis erunosa impossibilia conatur efficere. hec Luce. Quamuis autem in utroque sexu multa sit malitia: callidior tamen et comunior in sexu femineo reperitur. Iuxta illud Eccli. 25. Breuis est omnis malitia super malitiam mulieris: fors peccatorum cadet super illam. Unde in eodem capitulo paulo ante comparat eam tribus bestijs multum nociuis: et tamen dicit eam in malitia omnes excellere. Comparat eam.
- Colubro.** De colubro dicit sic. Non est caput nequius super caput colubini: et non est
- Leoni.** ira super iram mulieris.
- Draconi.** De leone et dracone. dicit sic. Commorari leoni et draconi place

Secunda. Gula epilepsie comparat.  
Curatio gula.  
Septima. Luxuria lepre comparat.  
Curatio luxurie.  
Seneca. Gula in est hanc timet.

Secundum.  
Tertium.  
Dei punitio non potest vitari.  
Herus.  
Malitia facit multa mala.  
Primo.  
Aristoteles.  
Chrysostomus.  
Anima capta malignitate efficit stultius cunctis.  
Malitia magis est in femina quam in viris.  
Mulierum multo peior tribus bestijs primis.

tis oblitus est ) Quia non resoluēbat sed potius conser-  
uabat māna in natura sua vt nutriendi iusti filly israel  
in deserto. Consequenter assignat huius miraculi cau-  
sam: et est obedientia creature ad diuinam voluntatez:  
que sicut instrumentum diuine voluntatis aliquando  
excandescit in tormentum aduersus maluz: cum tamē  
deo placuerit: et aliquando renitescit non agendo ad so-  
latium iustorum: cuius deus hoc voluerit ordinare. Dan.  
3. Chaldei fornacez accedentes ab igne consumpti sūt  
in quo pueri custodiebantur illesi. Secit autem domi-  
nus medium fornacis quasi ventum rozis flantem: et  
pueros omnino non tetigit ignis: neq; contristauit rē.  
Dec est sentētia littere ( ignis sue virtutis oblitus est )  
Ignis in scriptura sacra charitatez designat. dicente sal-  
uatore. Luce. iz. Ignem veni mittere in terras. Unde  
et spiritus sanctus qui est charitas patris et filij: in specie  
ignis misus est. Actu. 2. Ratio huius similitudinis qua-  
druplex esse potest.

Primo quia ignis iter cetera elemēta ē maioris actiuitatis  
Secundo quia maxime tendit sursum.

Tertio quia ignis crescit in infinitum per appositio-  
nem combustibilium sicut dicitur. 2. de anima.

Quarto: quia ignis est quasi forma omnium elemen-  
toz. Sic iter virtutes charitas est magis actiua. Amor  
enim sicut Gregorius nunquā est ociosus: operatur enim  
magna si est: si autem operari rennuit: amor non est.

Secundo charitas tendit sursum. Nam incipit a deo  
et omnia ordinat in deum: et sicut ignis maxime calefa-  
cit ad superius: minus ad latus: minime ad dorsum: ita  
habens charitatem maxime diligit deum: minime seipm  
et proximum: et minime corpus et mundum. Tertio  
charitas crescit in infinitum. Nam bonis operibus an-  
getur: nec finē habet augmenti in vita pēnti. Quarto  
vocatur forma altarum virtutum: quia sine charita-  
te nullus virtutis actus meritorius esse potest: De illo  
autem igne modernis temporibus fere adimpleta ē p-  
phetia saluatoris. Mathei. 24. Abūdabit iniquitas et  
refrigescet charitas multoz: vt merito disci possz. ignis  
virtutis sue oblitus est. Ubi notandum qd de obli-  
uione quadruplici homines sunt arguendi. 1. 3.

De obliuione diuinorum beneficiorum.

De obliuione proprioꝝ delictozum.

De obliuione familiarium amicozum.

De obliuione salutarium mandatoꝝ. Primo ar-  
guendi sunt peccatores de obliuione beneficiorum. de  
quibus dicitur in ps. 77. Obliti sunt benefactoruz eius  
et mirabilium eius, que ostendit eis. Secundo arguendi  
sunt homines de obliuione proprioꝝ delictozum. Il-  
la enim habenda sunt in memoria. vt pro eis indulgen-  
tia supplicetur. exemplo ps. 65. qui ait. Iniquitatem si  
aspexi in corde meo. Et iterum. 50. Iniquitatem meam  
ego cognosco et peccatum meuz contra me est semper.  
Istud est contra nonnullos qui aliena delicta: semper  
in prospectu aspiciūt et peccata propria non aduertunt:  
Contra quos dicitur. Hene. 50. Obsecro vt obliuiscaris  
sceleris fratrum tuoz. Tertio arguendi sunt de obli-  
uione familiarium amicozum: et maxime cum fuerint  
mortui. Magna ingratitude est: tunc amicos deserere  
cum nostra amicitia primo inceperint indigere. Amici  
enim nostri qd diu viuunt poterant se iuuare i his que spe-  
rant ad meritū vel demeritū: s; cū fuerit mortui. sūt

ad merendum penitus impotentes: et tunc non habent  
aliquod refrigeriū vel refugiū: nisi ad amicos si quos  
in vita post se reliquerunt. vt dicat quilibet illoꝝ il-  
lud Job. 19. Misere mini mei saltem vos amici mei: qz  
manus domini tetigit me. Hi autem de quattuor generi-  
bus hominum conqueruntur qui sunt isti.

Successores occupantes progenitoꝝ hereditates.

Executores defraudantes defunctoꝝ voluntates.

Professores non pensantes fundatoꝝ pietates.

Mendicatores non reciprocantes benefactoribus

suis grates. Primo sūt heredes ingrati qui succedūt  
parentibus in terris bonis et redditibus que illi aut su-  
pribus vel sanguine conquisserunt: isti obtinent sine la-  
bore: tamen vix semel in anno pro eis dicit faciunt vna  
missam. Nota Auiē. 57. hic et multa que ibi dicuntur de  
memoria. Eccles. 6. Si quis genuerit filios centum. et  
infra: obliuione delebitur nomen eius. Secundum  
genus hominum de quo mortui conqueruntur sunt exe-  
cutores falsi et fraudulentī defraudātes eozū vltimas  
voluntates: contra quos. 13. q. 1. vltima voluntas defun-  
cti omnibus modis seruetur. Hoc autem a iure nature  
processit. Liberum enim debet esse qd iterum nō redit  
ad arbitrium. Unde Alexander nequā libro suo de na-  
turis rerum ostendit naturam de proportionibus non  
solum pulchram: sed etiam necessariam iuris peritis in  
casu. hoc probat hīs verbis. Quis legem romanā volū-  
tati testatoris intelligit satisfecisse: nisi in proportionuz  
naturis instructus sit. Igitur quidam doloris deu-  
tentus videns animas soluendam esse legibus huma-  
ne seruitutis condidit testamentuz sub hac forma ver-  
boꝝum. Si vxor mea pregnans rem melioris sexus eni-  
tatur: delege puero duas partes hereditatis. vxori ter-  
tiam. Si feminea prole secundetur gaudeat vxor dua-  
bus portionibus filia tertiam percipiat. Viro itaq; sol-  
uente debitum nature tributum vxori eius Lucina fa-  
uens masculuz et femineā prolem concessit. Que situm  
est enim quid iuris. statutuz est a iuris pragmaticis he-  
reditatem in septem portiones eē diuidendaz. Assigna-  
te autē sunt quattuor partes puero. due partes vxori.  
et vna puella. Liber enī debet esse supreme voluntatis  
stilus. et liberum qd iteruz non redit ad arbitrium. pre-  
tulit autem ea portione masculinam prolem vxori qua  
pretulit vxorez proli feminee. videlicet in dupla. Ideoq;  
recte dicitur est iudicium hereditatis familie. Dec Ale-  
xander. pragmaticus dicitur causator. pragmatica nāq;  
grece dicitur causa latine. Unde pragmatici dicuntur  
iuris periti qui causas et negocia decidunt. Hi autē frau-  
datores vltimarum voluntatuz sacrilegi sunt et fures et  
pauperum necatores. 13. q. 1. Clerici rē. De talibus co-  
querit defunctus dicens in ps. 30. Obluioni datus suz  
tanq; mortuus a corde. Sed felices potius executores  
qui dicere poterūt illud ps. 43. Nec oblitus sum te: nec  
iniquē egimus in testamento tuo. Tertium genus ho-  
minum de quibus mortui conqueruntur sunt profes-  
sores non pensantes fundatoꝝ pietates. Hi sunt religio-  
si possessionati manerys: redditibus et omnibus bonis  
ditati: non solum ad necessitatem imo ad voluptatis su-  
perfluitatem: qui vix nouerunt nomina suozum fun-  
datoꝝ: quozū quilibet potest de eis dicere illud Dsee.  
13. Saturati sunt et lenauerūt cor suū: et oblitus sum mei:  
saturati sunt per gulam. lenauerunt cor suuz per super-  
biam: et oblitus sum mei per negligentiam. Quartum  
genus hominum de quibus mortui conqueruntur: sūt  
mendicatores non reciprocantes benefactoribus suis  
grates qui temporalia bona recipiunt et spiritualia non  
bolkot. v 4

Quattuor gēna  
hoiuz de qibz  
mortui que-  
runtur.

Primo

Autēna.

Secūdo

Alex. neq;

Alie volūta-  
tes defunctoꝝ  
sunt iplēde.

Tertio

Nota 3 dicit  
tes abbatias  
et monasteria  
pinguia  
Quarto

Ignis chari-  
tate designat  
de quattuor.

Primo

Secūdo

Tertio

Quarto

Oblitio qua  
druplex.

1

Primo

Secūdo

Tertio



retribuunt vt deberent: qui benefactoribus adulantur donec recipiant & cum receperint deuotionibus & precibus non recopensant. Contra quos Eccli. 37. dicitur Non obliuiscaris amici tui in animo tuo: & non inemor sis illius in operibus tuis. Quarto arguedi sunt homines de obliuione salutariu mandatoru: profunditas enim peccandi & inueterata consuetudo male uiuendi admittit quasi memoriam diuinorum mandatorum. contra quos ps. iis. gloziatur quis se peccasse fateatur. dicens. Erraui sicut ouis que perijt quere seruum tuu: quia mandata tua non sum oblitus.

Lectio. CLXXXIII.

Propter hoc etiam in omnia tunc transfigurata omnium nutriti gratie tue deseruebant ad voluntatem horum qui a te desiderati sunt vt scirent filij tui quos dilexisti domine: quoniam non natiuitatis fructus pascunt homines: sed sermo tuus hos qui in te crediderint conseruat.

**B**isita generalis forma mirabilis que deus exercuit circa populum hebreorum in deserto gubernado: & circa populum egyptiorum in egypto eos flagellando. vs. obedientia creature ad diuinam voluntatem: In ista parte eandem obedientiam applicat singulariter ad illam cibationem gloriosam: qua per manna populum suu quadraginta annis in deserto pascit. Et circa hoc duo facit.

Nam primo ostendit miraculi qualitatem.

Secundo miraculi utilitatem. Secundo pars ibi. Ut scriberet filij tui. Fuit autem miraculi magnitudo ineffabilis: in hoc quod omnia cibaria videbantur transfigurata. i. transubstantiata cullibet in quodlibet sub specie ipsius manne: quod vnicuique sapiebat illud genus cibi quod magis dilexit: & hoc est quod dicit. (propter hoc). i. quod omnis creatura factori deseruiuit ad nutum: ideo etiam (tunc in omnia transfigurata). i. cibaria vel cibos quibus homines pascuntur transfigurata in omnia secundum apparentiam & in dicitum comedentium: quia quod prius sapiebat vnum cibum postea videbat aliud & tertio tertius: & sic quodammodo omnia ad esum humanum pertinentia transfigurata: & in omnia (omnium nutriti gratie tue). i. voluntati gratiose populum nutriente seruebant ad voluntatem horum qui a te desiderati sunt. i. adoptati & dilecti. Nec est ergo miraculi qualitas. Et sequitur eius utilitas & in formatio. vs. fidelium vt cognoscatur quod non solum fructus per consuetum cursu nature producti conseruabatur homines in vita naturali: sed etiam sermo & imperium producentis de quolibet quicquid placet. Et hoc est quod dicit. (Ut scirent filij tui dicit: quoniam non natiuitatis fructus pascunt homines). i. fructus per consuetum modum nature procedentes: (sed sermo tuus). i. manna celitus datum ad sermone tuu: (hos qui in te crediderint conseruat. Dilexisti dicit) (Dilectione sua deus ad hominem quatuor modis magnificat & commendat.

Preuenit. n. tarditatem nostre beniuolentie.

Abluit feditatem immunde conscientie.

Superat quantitatem nostre sufficientie.

Preparat voluptates perennis affluentie. Primo dico quod sua dilectione ostendit in hoc quod preuenit tarditatem nostre beniuolentie. i. Joa. 4. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerim deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos Unde Berni. Dulcis Jesus primus es in accessu: & vlti

mus in recessu: et ideo conuenienter cor humanum exigit sibi dari. Proverb. 23. Fili mi prebe mihi cor tuu. Sic enim ipse primus in accessu preueniendo voluntatem ad eum auertatur. et vltimus in recessu: quod prius natura & casualitate homo recedit a deo per peccatu: quod deo derelinquat subtrahendo gratiam. Ita cor humanum primum est inter partes corporis quod uiuit: & vltimum quod morit. In cuius figura dicitur Exod. 13. Sanctifica mihi omne primogenitum: i. omne cor humanum quod intra membra corporis primogenitum dici potest. Et hoc est quod signat dicitur Matth. 22. Diliges dominum deum tuu ex toto corde tuo & ex tota anima tua. Secundo ostendit christus suam dilectionem ad nos in hoc quod abluit feditatem immunde conscientie. Deleuit enim peccatum originale per sanguinis effusione: delet peccatum actuale per sacramentali penitentie lotionem: & hoc est quod nobis commemorat Johannes Apocal. 1. Dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Sanguis significat amorem & causat amorem. Vni sanguine complexio naturaliter sunt amatiui: & iuuenes magis amatiui quam senes propter sanguinis abundantiam ampliore. Narrauit Hieronymus contra Iovinianum. lib. 1. allegans xenophontem hec scripsisse de infantia Lyri maioris. Scribit. Inquit Hieronymus. xenophon occiso Abzadaco viro quem patre teon vixit miro modo dilexerat collocasse se iuxta corpus: & confosso pectore sanguine sui mariti vulneris in fudisse. Isto modo moraliter aie deuote ipse fideles Iesu christi videant contemplantum maritum suu occisum: & non casualiter: sed pro eorum amore ipse defunctum: collocet se iuxta corpus: sacrum crucifixi: & illud tam voluntate quam intellectu quasi duobus brachijs amplectentem confodiatur pectus suum gladio doloris & contritionis ac compassiois: vt inde sanguis amoris erumpat: & in vulnera saluatoris transcurrat. Ad Debre. 9. Sine sanguinis effusione non fit remissio peccatorum. Et hoc est quod suadet apostolus ad Eph. 5. Ambulate in dilectione: sicut & christus dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis. Tertio christus ostendit ad nos suam dilectionem maximam in hoc quod superat quantitatem nostre sufficientie. Plura enim nobis tribuit quam perfecte intelligere et considerare sciamus: nec sufficimus suum amorem recopensare. Vni apostolus ad Eph. 4. vocat charitatem christi nimiam. Propter. inquit. nimiam charitatem que dilexit nos. Sic enim dicit Chrysostomus de reparatione lapsi. Nemo amicorum carnalium etiam si sit in his partem modum insaniens: ita exardescere potest in amore dilecte sue: sicut deus effundit in amore animarum nostrarum. Quatuor enim defectus in dilectione hominum experiri contingit: a quibus amor diuinus est totaliter alienus. Sunt enim aliqui qui ligantur. non tamen reamant amatores suos: sicut sunt in gratia contra dilectionem dicitur puerbo. 8. Ego diligentes me diligite. Et Boetius. 3. de consolatione phyllo. dicit. Pulcherrimum diuitiarum genus est: amicos inuenisti. Sunt qui diligunt: sed propter proximam utilitatem. Indigent enim beneficium amicorum. Contra quos Seneca in quadam epistola. Negociatio est amicitia que ad commodum attendit: & Aristotele. 8. Ethico. Lii sit amicitia propter utile: propter delectabile: & propter honestum: diligentes propter utile sunt minimi amici inter omnes. Et hoc etiam deplangit Quidius primo libro de ponto. Turpe quidem dicitur: sed si modo vera fateamur: Vulgus amicitias utilitate probat. Sed per oppositum deus diligit nos non propter suam utilitatem qui nostris non indiget bonis: sed diligit nos ad fructum nostrum. Ephe. primo. Gratificauit nos in dilecto filio suo gratis: id est gratos nos sibi fecit. Osee. quatuordecimo. Sanabo contritiones eorum: & diligam eos spontanea. Tertii sunt qui diligunt hominem: sed non nisi in prosperitate & felicitate sua: de quorum quolibet ve

Quarto.

Inueterata consuetudo peccandi admittit memoriam mandatorum dei.

Cor est prima pars corporis quod uiuit & vltimum quod morit: ideo dicitur primogenitum.

Secundo.

Sanguis significat amorem & causat amorem.

Hieronymus

Passio est dulcedo est.

Tertio.

Chrysostomus dicit maximus amor ad animas nostras.

Quatuor defectus in dilectione hominum.

Secundus

Seneca. Aristotele

Quidius.

Tertius.

De hoc suus dilectionem magnificat. quadrupliciter.

Primo.

De nos charitate preuenit

rificatur illud Boetij. 3. de consolatione. prosa. 5. Quem felicitas amicum infortunium facit inimicum. Unde dixit quidam. Exemplo didici q̄ prosperitatis amici Res amplectuntur: non nos: sed nostra sequuntur. Et iterum metricus. Non sunt persone: sed prosperitatis amici. Quos fortuna tenet dulcis: acerba fugat. S; per oppositum christus tunc maxime diligit: quando homo a mundo deseritur: et a malis hominibus agitur. Unde ps. 4. Dicit deus. Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum et glorificabo eum. ¶ Quarto. in mundanis amicis reperitur defectus: quia multi diligunt viuentes: et mortuos persequuntur et odiunt: cuiusmodi sunt nonnunq̄: fratres: filij: vxor: seruus: et executor. Cum enim homo fuerit defunctus: tunc illi qui de bonis suis eum magis iuuare deberent spoliant et predantur: et sibi appropriant quicquid possunt. Unde metricus dicit. Post mortis mortuum vertit dilectio dorsum. Sinita vita finit ac amor ita. Per oppositum christus diligit amorem dum viuere et longe amplius post mortem. Joā. 13. Cum dilexisset suos qui erant in hoc mundo: in finem dilexit eos. idest in perpetuum dilexit eos. Hierem. 31. In charitate p̄petua dilexi te. ideo attraxi te. ¶ Quarto. ostendit deus suam dilectionem ad nos in hoc q̄ preparat nobis voluptatem perennis affluentie. Unde 2. ad Thessal. 1. Dilexit nos: et dedit consolationem eternam. Que quanta sit: sancti nituntur exprimere et non possunt. Unde Augustinus de moribus ecclesie. Tanta est pulchritudo iustitie: tanta est iocunditas vite eterne. hoc est. incommutabilis veritatis et sapientie: vt etiam si non liceret in ea amplius manere q̄ vnus diei hora propter hoc solum anni huius vite innumerabiles: plene diuitijs et circumfluentia temporalium bonorum certe meritoq̄ contemnerentur. Et Chrysostomus de reparatione lapsi. Si quotidie oporteret tormenta perferre: si ipsam gebennam paruo tempore tolerare pro eo vt christum possimus videre in gloria viuente: sanctorum eius numero sociari. nonne erat dignū pati oē q̄ tristis est modo: vt tūc tanti boni tanteq̄ glorie participes haberemur?

Lectio. CLXXXV.

¶ Quod enim ab igne non poterat exterminari: statim ab exiguo radio solis calefactus tabescebat: vt notus omnibus esset: quonia oportet preuenire solem ad benedictionem tuam: et ad ortum lucis te adorare. Ingrati enim spes tanq̄ hybernalis glacies tabescet et disperiet tanq̄ aqua supernuacua.



¶ **Q**uod auctor declarauit de illo manna quod deus dedit patribus in deserto: quante fuerit dulcedinis in delectando. In ista parte p̄sequitur quante fuerit fortitudinis in durando. Erat enim ipsius mira conditio: quia cum esset liquefactibilis: non liquefiebat ab oī calore igneo: sed a calore solari.

¶ Primo ergo ponit istius liquefactionis diuersitatem. ¶ Secundo subdit mirabilis conditionis utilitatem. Secunda pars sibi. (Ut notus esset omnibus.) ¶ Circa primum dicit sic. (Quod enim ab igne non poterat exterminari. idest resoluī statim ab exiguo radio solis) orientis: quādo videlicet radius solis sunt debilissimi ad calefaciendum: tum quia cadit oblique super terrā:

tum quia frigus noctis dominatur in aere (calefactus tabescebat) et deficiebat. Exod. 16. Cumq̄ icaluisset sol liquefiebat: et ante solis ortum colligebant illud. Sinis siue utilitas fuit duplex: vna quo ad bonos vt essent p̄moniti quo tempore debebant illud colligere: et quantum ad hoc dicit (vt notum omnibus esset) hebreis in deserto: (quonia oportet preuenire solem.) idest ortum solis (ad benedictionem.) idest ad colligendum manna quod erat eis benedictio: videlicet beneficius datum a deo. Unde Exodi sextodecimo. Colligebant autem singuli mane quantum sufficere poterat ad v̄scendum. (et ad ortum lucis te adorare) pro beneficio manne: quod colligi debuit sumo mane. Querunt multa mirabilia circa cibum istum. ¶ Primum. quia regulariter dabatur omni nocte in abundantia pro toto populo. ¶ Secundo. q̄ colligentes singuli certā mensuram scilicet gomoz: satis inueniebant cū illud domi deportassent quantumq̄ essent edaces: nec qui plus collegerat habuit amplius: nec qui minus parauerat repperit minus. ¶ Tertio. q̄ non poterat seruari per noctem vsq̄ ad mane: sed si seruabatur scatebat vermibus. Et tamen feria sexta debebat pro duobus noctibus colligi: quia sabbato non inueniebatur in agro: et tunc optime per duos dies potuit seruari. ¶ Quarto fuit mirabile q̄ ad modicum radium solis liquefiebat: et ab igne duresebat. ¶ Quinto. q̄ sapiebat vnusquisq̄ secundum suam voluntatem: saltem de bonis. vt superius dictum fuit. ¶ Sexto. q̄ poterat redigi in puluerem et transformari in panes: et ideo merito poterat dici dei benedictio. ¶ Secunda utilitas proueniens ex ista liquefcentia ad ortum solis: et resistentia ad calorem ignis: fuit quantum ad malos: q̄ si negligeret preuenire solem: et differret expectando diutius ad colligendum: frustrarentur spe sua manna tabescente et disperente: sicut aqua. Et hoc est quod subdit ad litteras. (Sicut enim ingrati spes.) idest manna speratum durare ab ingrato: qui non credidit mandato domini de tempore colligendi: (tanquam hybernalis glacies.) idest hyemalis non vernalis. (tabescet et disperiet tanquam supernuacua:) quia veniens colligere post ortum nihil inueniebat: sed totum erat liquefactum. Iste est sensus literalis. Exponitur tamen de christo sole iustitie: cuius ortum ad iudicium oportet preuenire ad habendam illam benedictionem. de qua Marti beatus vigesimo quinto. Venite benedicti patris mei etc. et oportet ad ortum lucis: idest in aduentu iudicis adorare: et tunc ingrati spes tabescet ingrati spes tabescebat. ingrati sunt deo multipliciter peccatores.

¶ Quidam enim dona dei non recogitant. ¶ Quidam eum de suis beneficijs non honorant. ¶ Quidam ei sua beneficia exprobrant. ¶ Quidam contra eum per beneficia pugnant. ¶ Primi sunt ingrati. qui nunq̄ ponderant preconcessa: sed semper aspirant ad habenda: et non quid receperint de preterito: sed quid recepturi sunt prospiciunt de futuro. Et hec est prima ac potissima causa ingratitude. sicut dicit Seneca tertio de beneficijs fere in principio. Prima. inquit. omnium ac potissima causa ingratitude est. q̄ nouis semper cupiditatibus occupati. non quid habeamus: sed quid petamus inspicimus. Non in id quod est: sed in id quod petimus intenti sumus. Quicquid est domi: vile est. Sequitur autem vt vbi quod acceperis leuiter noueris: cupiditas fecit q̄ dator eorum non sit in precio. Et ideo non immerito

Terius.

Quarto.

Terius.

Quarto.

Augustinus de gloria ciuitatis.

Chrysostomus.

Ser mirabilia circa collectionem manne. A Primum, Scdm.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Sexto.

Scdo.

B Petrosus sicut deo ingrati quatuor modis.

Primo.

Seneca.

Primo.

**Seneca.** cōquerebatur Epicurus assidue. sicut refert Seneca consequenter q̄ aduersus preterita sumus ingrati. Et quecunq; percepimus bona ad memoriā non reducamus. Nec inter voluptates numeremus cum certior nulla sit voluptas quāz que iam eripi non potest: presentia bona nondum tota in solido sunt: futura pendent & incerta sunt. Et ideo cōcludit Seneca q̄ ad hoc q̄ non ingrati sumus indigemus bona memoriā: quia si ad perfectam scientiāz sufficit quedam semel didicisse: que semper postea sciuntur: quedam vt sciuntur nō est satis didicisse. Intercedit enim eorum scientia: nisi contineatur: geometriam dico & sublimium cursum: ita beneficia quedam magnitudo non compatitur excedere quedam minorā: sed numero plura effluunt: q̄ non frequenter illa tractamus: nec libenter quid cui debeamus: recognoscimus. Sed hic posset esse dubius an tales beneficia non recognoscētes: sed obliuioni tradentes debeant dici ingrati. Et cum Seneca cū Eburcio amico suo de hac materia disputaret: Eburcius tales non ingratos: sed oblitos vocare solebat: tanq̄ ea res ingratum excuset que facit aut per hoc accidat alii cui vt non sit ingratus cum hoc non accidit nisi ingrato. Et ideo distinguit Seneca consequenter de ingratia sic. Ingratus est qui beneficiū se accepisse denegat quod accepit. Ingratus est ille qui dissimulat: ingratus est qui non reddit. Ingratissimus omnium qui oblitus est. Et hoc probat. p̄mo quia alij qui sunt memores beneficiorum: lz non reddunt: sentiunt tamen in animo se esse debitores: & possunt ex facili occasione ad reddendum induci. Isti vero: videlicet oblitū totum beneficiū elapsū est. Secūdo. quia ad reddendum homo multis indiget meminisse q̄d sine impendio potest. Et ideo nunq̄ voluit esse gratus qui beneficiū tam longe proiecit: vt extra conceptum suum poneret. De quo libet tali verificatur illud Ecclesiastici. 29. Ingratus sensu derelinquit liberantem se. Bene enim dicitur ingratus qui memoriāz perdidit illius quod semper sensisse debuit. ¶ Secūdo. sunt ingrati qui deum de suis beneficijs non honorant bonorum omnium largitores: pro beneficijs gratis impenſis: nec vel mentali agnitione: nec elemosinarum extrinseca largitione gratias recipiunt: similes porcis qui glandes continue comedentes ad arborē oculos nunq̄ erigunt: cuius fructu incessanter depascuntur. Contra quos Aristoteles quinto Ethic. capitulo octauo. ostendit q̄ in famulatu p̄portationabili cōmanent & cobabitant boni diues: & illi qui non possunt consimilia retribuere saltem gratiarū sacramentum sponte faciunt vt retributio sit. Hoc enīz propriū est gratie. Est etiam gratiarum actio quedā retributio: & quasi quoddam sacramentum in eo q̄ nō potest retribuere ad honorem vel valorem. Refamulari oportet ei qui gratiam fecit: id est ei seruire in recōpensatione collati beneficij. Vnc poete non ad veritatem: sed ad voluptatem fabulantes tres sorores eē finxerunt: que gratie nominabantur: sicut narrat Seneca de beneficijs libz. primo. que sorores & filie veneris & liberi patris s̄m aliquos dicuntur virgines: etiā complexis manibus vt chorū tripudiatum efficiant ridētes & perlucida veste ac soluta indute: quarū due sunt ad nos conuerſe: tertia vultum auertit. Virgines fuerunt: eo q̄ incorrupta & sincera intentione debent fieri beneficia: connexis manibus circulum quendam efficiunt: eo q̄ beneficium de manu ad manū transit: & tandem iterum redit ad auctores: ridentes sunt: quia beneficia bylarem debent habere datorem: perlucida

veste ac soluta induuntur: vel s̄m antiquos nude fuerunt: quia beneficia conspici volunt: & non latere. Est enīz amicitia beniuolentia non latens in contrapassis. octauo Ethic. Due conuertuntur ad nos: & tertia procedit auersa facie: quia beneficiū simplex a facilitate progreditur: sed dupla redit. Sunt liberi patris & filie veneris: quia propter amorem & liberalitatem beneficia dari debent. Cum ergo a deo continue beneficia recipimus: sibi cōtinue regratiari debemus. Unde dicit beatus Augustinus in epistola ad Marcellinum. q̄ nihil melius dicere possumus q̄ deo gratias. Quid inq̄. melius: vel animo geramus: vel ore proferamus: vel calamo scribamus q̄ deo gratias. Hoc enim dicere nihil breuius: nec audiri letius: nec intelligi gratius: nec agi fructuosius quicq̄ potest. Et ideo dicit Hermes trimegistus libro suo. qui logostileos dicitur in fine. q̄ non est conueniens deo thūs vel myrrham incendere: & sic eum adorare si non inquit gratias agentes adoremus. De sunt enim s̄me incensiones cum gratie deo aguntur a mortalibus. Sed timendum est q̄ iam nimis verſificetur prophetia apostoli secunde Thimotei tertio. In nouissimis diebus instabit tempora periculosa: & erunt homines seipsos amantes & ingrati. ¶ Tertio. sunt quidam ingrati qui deū de suis beneficijs exprobrant ad modum vxoris ingrate: pro qua vir in collostergio positus: cuius enormitatem vxor ei deinceps improperant in perpetuum. Istam imitari videntur qui christo suorum vulnere fatne iurando impropertant que nullatenus sustinuisset: nisi eum charitas ad hoc coegisset. Ecclesiastici vigesimo nono. Pasce & porabit ingratos: & adhuc amara audiet. ¶ Quarto sunt ingrati qui contra deū per beneficia pugnant: qui donis dei ad peccandum vtuntur aliquando: qui abundant diuitijs a deo concessis vt necessitatibus pauperū succurrant: & hi erunt precipui pauperū oppressores. Alij fortitudine corporis sui vigent vt deo per penitentiam seruiant: & hi specialiter in seruitus demonum vires suas consumūt: & erunt bugosi: rixosi: predones: & latrones. Nonnulli vigent ingenio naturali: quo deum colere & se & alios regere deberent: & isti fraudib⁹ & dolis intenti circumueniunt proximos deseruientes diabolo: & nō deo. Contra quos Gregorius trigesimo secundo moralium. super illud Job quadragesimo. Huic mōtes herbas serunt. dicit sic. Duz reprobi de diuinitus acceptis nequaq̄ recta: sed praua cogitant: quid aliud faciunt nisi contra deum suis donis pugnant. Quaz sententiā expressus in omelia quadam dicit super illud. Luz audieritis prelia & seditiones. Omnia. inquit. que ad vsū vite accepimus: ad vsū culpe conuertim⁹. Tranquillitatem quippe pacis humane ad vsū conuertimus securitatis vane: peregrinationem terre pro habitatio ne diligimus patrie: salutem corporum in vsū redigimus vitiorum: substantie abundantiam ad peruersitatem intorsimus voluptatis. Dec ille. Di sunt similes cuculo: qui per quandam auiculam dicitur foueri in nido: quam postea occidit cum etatem adultam habuerit & comedit. Et tamen istis non obstantibus benign⁹ est super ingratos malos. Luce sexto. ¶ Ingratum tripliciter puniunt inuenio libertū. Unde apud athenienses conuictus libertus de ingratitudine aduersus patronum iure libertatis exuebatur. sicut narrat Valerius libz. 3. caplo p̄mo. Dicebatq; ei dñs. super sedeo cinē tanti muneris ipsū estimatozē: nec abduci possum vt te credam vbi vtilē: quem de libertate destituo. Abi ergo & esto seruus: quia liber esse nesciisti. Seneca

Bona memoria indigem⁹ ne simus ingrati.

Ingrat⁹ q̄o dicatur.

L

Secundo.

Aristoteles.

Grati actio est q̄dā retributio bilicij.

Seneca.

Moralium.

Augustinus. Sublimi⁹ dicit possum⁹ q̄ deo graas.

Hermes.

Tertio.

Quarto. Nō ingrati exercēt bona que de illis dicit ad molū.

Gregorius.

Ingrat⁹ q̄o puniebat antiquus.

Valerius.

Seneca  
Exemplum.

ca in declamationib<sup>9</sup> narrat de quodā ingrato filio: q  
ob ingratitudinē fuit ab patre vincularis. Dices. libe  
ri parētes alant: aut vinciant. ⁊ Sen. de bñficijs. Mi  
les quidā naufragus litore est appulsus: ⁊ in hospitio  
cuiusdā per tres dies refocillatus: tandē licentiaz reci  
piens ait. Huiusmodi tibi referā: si iperatozē meū me vide  
re ctingat. veniēs apud philippū regē macedonū pre  
dia illius apud quē hospitatus fuit poscit. Annuit phil  
lippus. Vir suis expulsus nō vt iners vel rusticus illū  
tulit: sed ad curiā iperatozīs accessit: ingratitudinē mili  
tis exposuit. philippus hec audiēs inuit vt reprobi  
mo militi ⁊ ingratiſſimo hospiti ſtigmata infligerent: q  
ei ingratitudinē ppetuo restarent: ⁊ hospiti oia redde  
rent. Sic g̃ liber<sup>9</sup> pūlegio pūabat: ⁊ fili<sup>9</sup> ingratus pa  
rentib<sup>9</sup> vinculis carceralib<sup>9</sup> artabat: ⁊ miles ingratus  
hospiti ⁊ amico ſtigmatib<sup>9</sup> ppetuis notabat.

Capitulum. XVII. Lectio. CLXXXVI.



**A**gna enim sunt iudicia tua do  
mine ⁊ inenarrabilia verba tua  
propter hoc indisciplinate ani  
me errauerunt. Dum enim per  
suasum habent iniqui posse do  
minari nationi tue sancte: vin  
culis tenebrarum ⁊ longe noctis compedi  
ti inclusi sub tectis fugitini perpetue puidē  
tie iacuerunt vel placuerunt ⁊ latuerunt.

Ad comēdationē diuine gubernationis ⁊ excellentiā  
sapientie increate: agit auctor in postrema parte sui de  
spāli ptectiōe generis iudaici qd̃ de<sup>9</sup> sibi adoptauerat:  
⁊ de miraculosa deiectione generis egyptiaci: qd̃ filios  
isrl̃ captiuauerat multis annis. Afflixit autē deus egypti  
os decē plagis: inter quas inferebant qdā p bestias  
⁊ aialia: qñ. s. illis supuenit seuā bestiarū ira moztib<sup>9</sup> p  
uerſozū colubrozū exterminabant: ac draconū ⁊ locu  
starū iuaſſionib<sup>9</sup> attriti irremediabiliter torquebantur.  
Aliq̃ p res insensatas ⁊ elemēta. aliq̃ per corpora supcele  
stia: vt pote in aquarū nouo imiſſo genere: ac grandini  
bus ⁊ pluuijs desup imiſſis: seuā trucidari interemptio  
ne. sicut superi<sup>9</sup> vſum fuit. ideo postq̃ auctor declara  
uit quō egypty affligebant p bestias ⁊ aialia: ⁊ etiaz p  
res insensatas ⁊ elemēta. in ista parte ondit quō ydē egypty  
afflicti fuerūt p corpora celestia ⁊. n. puniebant.

Uno modo per luminis subtractionem.  
Alio modo per primogenitorum occisionem. ⁊ fm  
hoc diuiditur processus in duas partes.

Nam primo agit de noua plaga illata egyptijs: que  
fuit per tenebras palpabiles. sicut dicitur Exodi. io.

Secdo agit de decima plaga: q̃ fuit p inuerabiles mor  
tes primogenitoz: de q̃ Exo. iz. ⁊ ps isra. ca. is. ibi. (Lū  
cogitarēt.) Circa primū duo facit.

Primo agit de mirabili supplicio tenebrarum il  
lato egyptijs.

Secdo de bñificio spālis luminis tunc tps collato be  
breis. ibi. (Scitis at̃ tuis.) Circa p<sup>m</sup> gnq̃ facit.

Nam primo agit de istius pene causalitate.

Secundo de eius irremediabilitate.

Tertio de eius immensitate.

Quarto de eius vniuersalitate.

Quinto de ipſi<sup>9</sup> eqtate. ⁊ ps ibi. (Dū putāt se latere.)  
3<sup>a</sup> ibi. (Frequēter.) 4<sup>a</sup> ibi. (Ille autē q̃ ipotētē.) 5<sup>a</sup> ibi.  
(Omnis enim orbis terrarum.)

Circa primum duo facit.

Quia primo asserit tante pene causam.

Secundo eiusdem pene ponit formā. ibi. (In vincu  
lis tenebrarū.) Causa autē eius fuit duplex.

Ex parte dei iusta consideratio.

Ex parte egyptiozū iniqua conuersatio.

Orū ad p<sup>m</sup> dic sic. (Magna. n. sūt iudicia tua dñe.)  
qb<sup>9</sup> electos. i. isrl̃ gubernasti: ⁊ eoz<sup>9</sup> aduersarios flagel  
lasti. ⁊ inenarrabilia vba tua. i. scā tua. De. n. facti loq  
tur: q̃ dixit. ⁊ scā sūt. Luc. y. Trāseam<sup>9</sup> berthee: ⁊ videam<sup>9</sup>  
p<sup>9</sup> vbiū qd̃ scā ē. Ex pte egyptioz<sup>9</sup> fuit ⁊ iniquitas.

Una contra deum per rebellionem.

Alia contra proximū per violentam oppressionē.

Suerūt. n. deo rebelles in hoc maxime q̃ cū eos pla  
gis grauissimis flagellaret: illi nullā disciplinā recepe  
rūt. ⁊ q̃tū ad b̃ dic. (Propter b̃.) i. q̃ iudicia dei ⁊ fla  
gella ei<sup>9</sup> n̄ recepūt egypty ad sui corze<sup>9</sup> (idisciplinate  
aie errauerūt) repugnātes ipys dī sup dimiſſiōe ppli sui

Secdo peccauerūt s̄ primū. yz. s̄ filios isrl̃: sup quos  
vlturpabāt sibi violētā oppressionē. ⁊ q̃tū ad b̃ subdit.  
(Duz. n. p̄suasuz habēt.) i. firmiter credūt iniqu egypty  
(posse dñari) p oppressionē (natiōi tue.) i. p̄lo bebreo:  
rū: quē de<sup>9</sup> sibi sanctis dīdicauerat legib<sup>9</sup> d̄seruire: ecce  
culpa. ⁊ statim subditur pene forma (vinculis tenebra  
rū ⁊ longe noctis ⁊c.) q̃ si diceret. Dum egypty diuinis  
pdigys factis per moysen rebellarent ⁊ p̄lm israēl ser  
uitute solita cogitarēt oppmere: subito tenebris palpa  
bilibus inclusi iacuerūt immobiles. Et tangit istaz tene  
braruz tres conditiones graues: videlicet palpabilita  
tem cū dicit. (Vinculis tenebra cōpediti.) Sūt enim  
aer nō solū p̄uat<sup>9</sup> inmine imo sic cōdēfatus q̃ palpari  
potuit. Un̄ ipsi miseriacuerūt quasi vinculari in tene  
bris. Dicunt enim quidaz q̃ aer potest cōdensari p artē  
intantū q̃ fiat hoi ipenetrabilis: sed siue hoc sit verum  
siue nō: saltē hoc tūc a deo factū legit Exo. io. Erant te  
nebre in terra egypti vt possēt palpari: nec mouit se q̃  
q̃ de loco in quo erat. Secdo tangit isti<sup>9</sup> ligationis diu  
turnitatem cui dicit. (Et longe noctis.) Exo. io. Trib<sup>9</sup>  
diebus nemo vidit fratrem suū. Tertio tāgit ligatoz  
imobilitatē cū dicit. (Iacuerūt inclusi sub tectis: qz  
nullibi poterant se vertere ppter aeris dēſitatē. (Fu  
gitini ppetue puidētie.) i. putantes se posse fugere di  
uinā puidētiā que est immobilis et imutabilis. Sap. 16.

Manū tuam efugere ipossibile est. Rabanus ⁊ antiq̃  
habent. (Latuerūt: ⁊ tūc sensus nō mutat. Alij dicūt  
(Placuerūt: ⁊ tē ē sensus q̃ miserū puniti satiffecerūt  
p penas ppetue puidētie. (Magna sūt iudicia tua  
dñe.) Nota q̃ diuina iudicia magna sūt pp 4<sup>a</sup>. yz.

Propter iudicis infallibilitatem.

Propter iurisdictionis generalitatem.

Propter iustitie inflexibilitatem.

Propter potentie incomprehensibilitatem.

Primo iudiciū dei dī magnū pp iudicis infallibilitatē.  
Humanū. n. iudiciū fallit ⁊ fallit. Un̄ iudiciū ecclesie  
fallit nōnūq̃: sic dicit̃ extra. de sen. ex. a nobis. ⁊. z. 4. q.  
3. Si q̃. ⁊ ca. Lū aliq̃ exiit. Un̄ ibi dī q̃ ecclia qñq̃ in  
suo iudicio decipit: ⁊ intrat illā p eā extra mittat: ⁊ q̃  
foris est intronittat. Et iō soli<sup>9</sup> dei est occulta iudicare  
q̃ solus nouit corda hoīuz. vt dī. y. q. 4. Lōſuuiſſi. ⁊ ali  
bi dī. Diuinū iudiciū vsurpāt q̃ incerta ⁊ dubia indicāt.  
Et iō dīc̃ b̄ris Aug. 19. de ciuī. del. q̃ ignozātia iudicis  
ē plerūq̃ calamitas inocēt. D̄z. n. i iudicio diligēs exa  
miatio pcedere iudiciū siue iniāz: ⁊ iniā punitiōē siue  
abſolōē. Un̄ fingūt poete: sic tāgit Claudian<sup>9</sup> i fine z<sup>i</sup>  
maior: tres fuerūt filij Iouis: q̃ sūt Minos: Eac: ⁊ Rada  
māth: q̃ qm̄ i vltā sua iustissimū fuerūt: iō offiā ap̄d iſe  
ros exercere dicunt. Un̄ fingunt tres iudices cē in in

Abſoluti  
sunt  
iudices

B

Diuina iudicia magna sūt pp quoz.

Primo,

Solus deus occulta iudicat.

Augustinus,

Claudianus

Fabula.

Plage egyptiozum.

Duplex afflictio egyptiozum.

fermo: quilibet eorum antiquissimū exercens iudiciū: quis tamen sit qui exerceat iudiciū vel officiu dubius est: quia a nonnullis dicatur. Minos examen: Rada manibus dat cruciamen. Querere de labe tertius frater habet. De istis non est magna cura: sed hoc est certū q̄ volebāt signare p̄ ista q̄ i oi iudicio ista debēt eē.

**Diligens inquisitio.** **¶** Modo si agamus d̄ iudicio humano: cum homo

**¶ Sententie p̄nunciatio.** iudicare non possit nisi fm̄

**¶ Eiusdem executio.** allegata et pbata: et frequēter cōtingit falsa p̄bati p̄batione iuris: consequens est omnem terrenum iudicem fallibilem esse: sed solus deus est qui errare non potest: de quo solo verificatur illud p̄uouerb. 16. Diuiniatio in labys regis non errabit in iudicio os eius. **¶** Secundo. iudicium dei dicitur magnum propter iurisdictionū generalitatem. Nullus enim homo est cuius dominiū ad omnem locum se extendat. Deus autez omnes gentes iudicabit. Joan. 5. Pater omne iudiciū dedit filio et Jobelis. 3. Consurgant et ascendant gentes in vallem iosaphat: quia ibi sedebat vt iudicem omnes gentes. y. Corinth. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal christi vt referat vnusquisq̄. Et Chryf. omel. 19. loquens in imperfecto opere de die iudicij sic dicit. In q̄ die quando venerit in maiestate sua: quādo iam nemo ausus garrula contentione sermonem aut mendaciū defendere: aut contradicere veritati: quando non os loquitur et opus absconditur sicut in hoc tempore: sed ecōtra opera singulorum loquentur: et ora tacebunt: non quando persona interrogatur et conscientia non videt: sed e contra conscientia discutitur et persona confundit: quādo nemo excusat peccatorem: sed omnes accusant: nec alter pro altero interuenit: sed singuli ibi timebunt quia in illo iudicio non erunt testes adulatores: sed angeli veraces: non erunt iudicantes personarū acceptores: sed deus qui iustus est reddet vniciq̄ fm̄ opera.

**¶** Chryfost. narrat Quidius. is. metamorph. q̄ mos erat antiquis niueis atrisq̄ lapillis: his damnare reos: illis absoluerē culpas. Mos enim siue modus fuit sententiam proferre signo non voce: quia si accusatus debebat absolui effundebantur de vna coraz toto populo aliqui capilli albi: et si debuit damnari nigri. Eodem modo in iudicio generali quilibet fundet de vna sua sc̄ conscientia p̄p̄ia lapides quales ipsemet imisit. i. opera dura: et imperpetuū perseuerantia quantum ad meritū vel reatu: et si fundat opera alba: saluabitur: si nigra peccata condemnabitur. Naum. y. dicitur de damnatis. Facies hominum sicut nigredo olle. **¶** Tertio. iudicium dei dicitur magnum propter iustitie inflexibilitatem. sicut dicit Isidorus de sumo bono. et in Lanon. xi. q. 3. Quatuor modis peruerit humanū iudiciū.

**¶** Timore. **¶** Deus autem nullo istorum modorum corrumpti poterit. Non timore. quia omnipotens est: et nullius metum habet. Job. 22. Nunquid timens arguet te: et veniet tecum ad iudicium: Quasi diceret. non imo quanto potētiores: tanto contra eos sententiā profert duriorē. Sapientie. 6. Potentes potenter tormēta patientur. Et ibidez. Fortioribus fortior instat cruciatio. Singitur q̄ leo semel tenuit curiam bestiarum: debuitq̄ vnaqueq̄ semetipsam proclamare de culpis coram leone. Asinus ait. Sequebar. inquit. aliquando plaustrum plenum feno: et cum manipulus feni cecidisset de plaustro accepi et comedi. Cui leo. Male. inquit. errasti miser: et contra legem et fidelitates fecisti. Debebas enim ei qui perdidit reddidisse. ergo de p̄cepto leo

**¶** Cupiditate. **¶** Nec corrumpti cupiditate poterit: quia ditissim⁹ est. **¶** Nec odio: quia optimus. **¶** Nec amore: quia iustissimus. Job. 34. Vere enim deus non condemnabit frustra: nec omnipotens subuertet iudicium et Tobie. 3. Omnia iudicia tua vera sunt. **¶** Quarto. iudicium dei dicitur magnum propter sue potentie incomprehensibilitatem. Roma. xi. O altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei q̄ incomprehensibilia sūt iudicia eius: et inuestigabiles viē illius. Ista sunt occulta iudicia dei: quibus homines disponit et regit in presenti: permittendo iustum affligi et iniustus extolli: que a nobis modo non videntur: sed patebunt clarius q̄m eū sicuti est videbimus. Lectio. CLXXXVII.

**¶** Et duz putant se latere in obscuris peccatis: tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt pauentes horrende: et cum admiratione vel turbatione nimia perturbati: neq̄ enim que continebat illos spelunca sine timore custodiebat: quoniam sonitus descens perturbabat illos: et p̄sone tristes illis apparentes pauorem illis prestabant.

**¶** Ostendit auctor descripsit tenebras triduanas oliz illatas egyptus quantum ad earum densitatem quia fuerunt palpabiles. In ista parte describit easdem quantum ad puniendi potestatem: ostendens nullū remediū potuerunt egypty adhibere quo contra tenebras se inuarent: negabatur eis remediū tam intrinsecum q̄ extrinsecum. In intrinsecū remediū possent. n. sibi sperasse p̄ animosā audaciā cordis. Sed extra illud remediū habuerūt pauores maximum: vt nullus q̄stumcūq̄ cordatus possit alium animare.

**¶** Primo ergo ostendit eos caruisse remedio cōsolationis cuiuslibet ab intrinseco. **¶** Secundo ostendit eos caruisse remedio q̄d possent sperasse ab extrinseco. et ps̄ ibi. (Nec. n. q̄ continebat.) **¶** Quātū ad primum tangit tria graua: propter que potuit tunc temporis nullus alium consolari.

**¶** Fuerunt enim dispersi locali separatione. **¶** Fuerūt pauidi et p̄cussi stupefactione. **¶** Fuerūt turbati et positi in nimia admiratione. Unde dicit sic. (Et dum putant) supple egypty (se latere opscuris peccatis tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt.) Aerem tenebrorū vocat velamentū obliuionis sicut enim lumen efficit et figurat scientiā ita tenebro obliuionē designant et ignorantia. Dicitur peccata obscura p̄pter effectū q̄ auferunt cognitionē vere lucis. Eph. 4. Tenebris obscuratū habentes intellectu: et q̄ ducit ad obscuritatē inferni. In ps̄. 68. Obscuretur oculi eorum ne videāt. Sic ergo fuerūt illi egypty dispersi ab inuicē: q̄ quidā erant in domib⁹: et quidā in agris: et

**¶** Quatuor modis humanū p̄uerit iudicium. **¶** Primo. **¶** Timore. **¶** Deus autem nullo istorum modorum corrumpti poterit. Non timore. quia omnipotens est: et nullius metum habet. Job. 22. Nunquid timens arguet te: et veniet tecum ad iudicium: Quasi diceret. non imo quanto potētiores: tanto contra eos sententiā profert duriorē. Sapientie. 6. Potentes potenter tormēta patientur. Et ibidez. Fortioribus fortior instat cruciatio. Singitur q̄ leo semel tenuit curiam bestiarum: debuitq̄ vnaqueq̄ semetipsam proclamare de culpis coram leone. Asinus ait. Sequebar. inquit. aliquando plaustrum plenum feno: et cum manipulus feni cecidisset de plaustro accepi et comedi. Cui leo. Male. inquit. errasti miser: et contra legem et fidelitates fecisti. Debebas enim ei qui perdidit reddidisse. ergo de p̄cepto leo

**¶** Cupiditate. **¶** Nec corrumpti cupiditate poterit: quia ditissim⁹ est. **¶** Nec odio: quia optimus. **¶** Nec amore: quia iustissimus. Job. 34. Vere enim deus non condemnabit frustra: nec omnipotens subuertet iudicium et Tobie. 3. Omnia iudicia tua vera sunt. **¶** Quarto. iudicium dei dicitur magnum propter sue potentie incomprehensibilitatem. Roma. xi. O altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei q̄ incomprehensibilia sūt iudicia eius: et inuestigabiles viē illius. Ista sunt occulta iudicia dei: quibus homines disponit et regit in presenti: permittendo iustum affligi et iniustus extolli: que a nobis modo non videntur: sed patebunt clarius q̄m eū sicuti est videbimus. Lectio. CLXXXVII.

**¶** Et duz putant se latere in obscuris peccatis: tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt pauentes horrende: et cum admiratione vel turbatione nimia perturbati: neq̄ enim que continebat illos spelunca sine timore custodiebat: quoniam sonitus descens perturbabat illos: et p̄sone tristes illis apparentes pauorem illis prestabant.

**¶** Ostendit auctor descripsit tenebras triduanas oliz illatas egyptus quantum ad earum densitatem quia fuerunt palpabiles. In ista parte describit easdem quantum ad puniendi potestatem: ostendens nullū remediū potuerunt egypty adhibere quo contra tenebras se inuarent: negabatur eis remediū tam intrinsecum q̄ extrinsecum. In intrinsecū remediū possent. n. sibi sperasse p̄ animosā audaciā cordis. Sed extra illud remediū habuerūt pauores maximum: vt nullus q̄stumcūq̄ cordatus possit alium animare.

**¶** Primo ergo ostendit eos caruisse remedio cōsolationis cuiuslibet ab intrinseco. **¶** Secundo ostendit eos caruisse remedio q̄d possent sperasse ab extrinseco. et ps̄ ibi. (Nec. n. q̄ continebat.) **¶** Quātū ad primum tangit tria graua: propter que potuit tunc temporis nullus alium consolari.

**¶** Fuerunt enim dispersi locali separatione. **¶** Fuerūt pauidi et p̄cussi stupefactione. **¶** Fuerūt turbati et positi in nimia admiratione. Unde dicit sic. (Et dum putant) supple egypty (se latere opscuris peccatis tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt.) Aerem tenebrorū vocat velamentū obliuionis sicut enim lumen efficit et figurat scientiā ita tenebro obliuionē designant et ignorantia. Dicitur peccata obscura p̄pter effectū q̄ auferunt cognitionē vere lucis. Eph. 4. Tenebris obscuratū habentes intellectu: et q̄ ducit ad obscuritatē inferni. In ps̄. 68. Obscuretur oculi eorum ne videāt. Sic ergo fuerūt illi egypty dispersi ab inuicē: q̄ quidā erant in domib⁹: et quidā in agris: et

**¶** Quatuor modis humanū p̄uerit iudicium. **¶** Primo. **¶** Timore. **¶** Deus autem nullo istorum modorum corrumpti poterit. Non timore. quia omnipotens est: et nullius metum habet. Job. 22. Nunquid timens arguet te: et veniet tecum ad iudicium: Quasi diceret. non imo quanto potētiores: tanto contra eos sententiā profert duriorē. Sapientie. 6. Potentes potenter tormēta patientur. Et ibidez. Fortioribus fortior instat cruciatio. Singitur q̄ leo semel tenuit curiam bestiarum: debuitq̄ vnaqueq̄ semetipsam proclamare de culpis coram leone. Asinus ait. Sequebar. inquit. aliquando plaustrum plenum feno: et cum manipulus feni cecidisset de plaustro accepi et comedi. Cui leo. Male. inquit. errasti miser: et contra legem et fidelitates fecisti. Debebas enim ei qui perdidit reddidisse. ergo de p̄cepto leo

In oi iudicio tria esse debent,

Secdo.

Christo. Terribilis iudicij discussio.

Quidius.

Mozair.

Isidorus. Quatuor modis humanū p̄uerit iudicium. Primo.

Fabula.

Secundo. Tertio. Quarto.

Quarto.

Obscura dicitur obscura: quia auferit verū lucem.





illi qui prope se erant: putabant se multū distare ppter tenebras palpabiles interpositas. Unde fuerunt patientes horrendi: et cū admiratione perturbati. Cōsequenter excludit ab eis remedium quod possent sperasse ab extrinseco. Possent autem sperasse triplex remedium ab extrinseco contra illas tenebras.

Primo loci securitatem.

Secundo ignis claritatem.

Tertio magorū suorum subtilitatem. et ideo ista tria ab eis excludit. Primus ibi. (Neq; enim continebat.) Secundū ibi. (Ignis quidem.) Tertium ibi. (Et magice artis.) Quantum ad primū a loco continente eos durantiū illis tenebris nullum habebant solatium propter duo.

Primo propter strepitum quem audiebant in loco: quia quemlibet terrebat ille sonus.

Secundo propter melancolicas imaginationes de demonibus et mortuis hominibus. Vñ dicit sic. (Nec enim illa que continebat illos spelunca.) quia ad foueas et cauernas multi confugere. (sine timore custodiebat.) quoniam sonitus descendens perturbabat illos: et persone tristes illis apparentes visione imaginaria pauorem prestabant. (Et persone tristes illis apparentes.) Nota q; quatuor sunt genera mala tristitiū personarum: que ducunt communiter dies suos in tristitia. videlicet.

Inuidi. Inuidi mordaces.

Perfidi. Perfidi fallaces.

Cupidi. Cupiditeneaces.

Stupidi. Stupidi pertinaces.

Primo videmus q; omnes inuidi sunt communiter tristes. vnde Quidius. y. metamor. phos. fabulatur q̄līter Pallas iuit ad inuidiā vt procuraret mortē Aglantis: vbi describit quatuor ad inuidiam pertinētia. v3.

Domum. Domum describit. Proinus inui

Personam. die nigro squalentia thabo Lecta pe

Escam. tit domus: et est in valibus imis Ab

Viam. dita sole carens: non vlli peruia ven

to. Tristis et ignauī plenissima frigoris: et que Igne va

cat semper: caligine semper abundat. Vult ergo dicere

q; domus inuidie est situata in vallibus pro tanto q;

perone humiles inuident superioribus: et omnis inui

duus ideo inuidet: quia se inferiorēz alio in aliquo quod

appetit esse videt. Inferior planeta eclipstat superiorē:

et non e contra: sicut patet de luna et sole: et ita regulari

ter illi qui minus valēt et sunt gratys et meritis inferior

res obumbrare n̄tuntur per inuidiaz meliores: et ideo

signanter dicit Job. 5. Paruulum occidit inuidia. Un

de merito dicitur q; domus inuidie est in imis vallib;

situata. Tectum huius domus est coopertum squalen

ti tabe. i. veneno squalore et languore. Nam tota locu

tio inuidi est de peccato: tota consideratio de defectib;

electorum. Item domus inuidie caret sole: quia nunq;

gaudet de prosperitate seu felicitate proximorum: imo

venti bonarum narrationum eum occidunt. Item do

mus inuidie est tristis. dicit enim Damascenus q; in

uidia est tristitia de alienis bonis. Unde sicut buso tri

statur de bono odore vinearum florentiū: ita inuidus

de profectu valentium personarū. Item domus inui

die semper caret igne: et est plena frigore: quia nullus i

uidus feruet charitate: caligine tamen semper abūdat

quia nūq; bene iudicat inuidus de personis. C Secū

do quantū ad escam dicitur q; pallas eam inuenit co

medentes carnes vipereas. Nam omnis inuidus pasci

tur de malignis cogitationibus et machinationib; tur

batiuis aliorum. Tertio personam inuidi describit Quidius sic. Pallor in ore sedet macies in corpore toto. Nūq; recta facies liuent rubigine dentes. Pectora felle virent lingua est suffusa veneno. Ritus abest nisi quem vix fecere dolores. Nec fruitur somno vigilanribus excita curia. Sed videt ingratos: tabescitq; vidēdo. Successus hominum carpit et carpitur vna. Suppliciumq; suum est. Quarto viam et modum incedēdi inuidie euntis versus athenas describit sic. Indoluit: baculumq; caput quem spinea totū Vincula cingebāt: operatq; nubibus atris. Quaq; ingreditur florentia pterit arua. Exuritq; herbas et summa cacumina carpit Afflatq; suo populos vrbescq; domosq; Polluit. Ecce modus nocendi quem inuidus semper obseruat. Porat baculum plenum spinis: quia illud vnde fulcire deberet pungit et non porat: quia non est quod inuidum possit delectari: atris nubibus operitur: quia inuidus et detractor nunq; claram: sed obscuram dicit sententiaz de illo cui nocere pponit. Item quaq; ingreditur florentia proterit arua: quia inuidus nulli nocet nisi aliqua virtute florescat. vnde Valerius libro quarto. Nulla tam honesta ciuitas que malignitatis dentes possit vitare. Diuites enim sunt alienis iacturis locupietes funeribus Unde quidaz interrogatus quomodo inuidus non haberetur. Respondit. si nihil. inquit. ex magnis rebus habueris: aut nihil felicitatis gesseris. nam sola miseria caret inuidia. Unde Tullius vltimo rhetorice ponit exemplum de colore: qui vocatur gradatio: et ait. Affricatio iustitiam: iustitia veritatem: veritas gloriaz: et gloria emulationez parit. Quarto dicit q; exurit herbas: idest iuuenes proficiētes: sicut talpa ceca que moratur in terra: et radices herbarum rodit et impedit ab augmento: et non solum herbas: imo summa cacumina carpit: quia semper contra superiores suos prelatos et dominos suos inuidus quisq; garrit. Vltimo dicit q; ex afflatu suo: idest verbo malicioso polluit omnez populum et urbem quam attingit. Hoc est primū genus tristitium personarum: de qua tristitia dicitur Prover. 25. Sicut tinea vestimento: et vermes ligno: ita tristitia nocet cordi. Ecclesiastici. 30. Tristitiam longe expelle a te. Multos enim occidit tristitia. C Secundo videmus q; omnes perfidi et fallaces sunt cōmuniter mali et tristes. Unde hypocrite vt decipiant alios quandaz exteriorēz tristitiā simulant et sanctitatē: contra quos monet saluator Matth. 6. Lum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. Tales sunt iocundissimi in lasciuas in occulto: et tristissimi quantum ad apparentiam in publico: similes gellie: de qua Martialis cocus lib. epygram. 3. Seneca. epla. 35. Ambrosius in quodam sermone. Lateplerumq; sub tristi amictu lasciuia: et deformis horror vili veste obtegitur vt secreta tegantur petulantius animorum: contra tales Oratius. Nunq; te fallant animi vel agni sub vulpe latētes. Impia sub dulci melle venena latent. Tertium genus tristitium personarum sunt cupidi et tenaces imitatores Nabal qui semper sunt in timore et dolore quomodo aliquid acquirant: vel acquisita retineāt. Eccl. 5. Luneti dies eius erumnis et doloribus pleni sunt: nec per noctē mēte requiescunt: talis fuit ille iumento: cui saluator dixit Matth. 19. Si vis perfectus esse: vade et vēde oia q; habes: et da pauperib; et habebis thesaurū in celo: et veni sequere me. et abyt tristis. Erat. n. habēs possessiones multas: q; d; Eccl. 4. Declina paupi aurē tuā sine tristitia. Quarto gen; male tristitū psonaz in p̄senti sunt stupidi et pertinaces: qui de dei clementia et pietate dis

Tertiu ad inuidia p̄ncipio.

Quartū ad inuidia p̄ncipio. Hod; quo inuid; nocet.

Valerius.

Sola miseria caret inuidia. Tullius.

Seco.

Martialis. Seneca. Ambrosius

C Tertio.

Quarto

Secundo.

Quarto: genera tristitii personarum.

Primo. Quidius.

Primo: p̄ncipio ad inuidiam.

Conditiones inuidi.

Damascen.

Seco ad inuidia p̄ncipio.

fidunt: quorum aliqui de peccatis proprijs sic irre-  
diabiliter tristantur: vt dicant sacramentum peniten-  
tie eis non posse sufficere ad salutem: vel quia iustitia  
dei non permittat cum penitentibus misereri: contra  
quos ps. 41. 7. 42. alloquens animam suam dicit sic.  
Quare tristis es anima mea? et quare conturbas me?  
Aliqui sunt de istis sicut qui mortem amicorum suorum  
inconsolabiliter nimis plangunt: quasi nihil de eorum  
beatitudine et resurrectione futura sperent: contra quos  
apostolus prime Thesaloniceni. 4. Nolo vos ignorare  
fratres de dormientibus vt non contristemini sicut  
et ceteri qui spem non habent. Et qui istud genus tristi-  
tie sunt patientes: miserissimi sunt: et de miseria presentis  
vadunt ad miseriam eternam. Contra quos signanter  
dicitur Eccli. 14. Felix qui non habuit animi tristitiam  
et non excidit a spe sua. Lectio. CLXXXVIII.

Et ignis quidem nulla vis poterat illis lu-  
men prebere: nec syderum limpide flamme  
illuminare poterant illam noctem horren-  
dam. Apparebat enim illis ignis subitaneus  
timore plenus: et timore illius percussus: que  
faciei videbantur: estimabant deteriora esse  
que non videbantur.

**R**ostro declarauit auctor quod egypti  
tenebris fuerunt circumclusi: et nullum potuerunt habere  
remedium a loco eos continente. In  
parte ista prosequitur consequenter ostendens  
quod nec remedium habere potuerunt  
a quacunque luce tenebras expellente.  
Expellit autem tenebras lux duplex: videlicet  
elementaris et celestis: et ideo ostendendo quod  
nulla talis lux eis valere potuit.

Primo ostendit quod eis valere non potuit ignis communis.

Secundo quod nec ignis celestis.

Tertio quod nec ignis in medio aeris ex impressionibus  
generatus nullum adhibuit remedium: imo auxit potius  
eorum tedium. Secunda pars ibi. (Nec syderum)  
Tertia ibi. (Apparebat enim.) Quantum ad primum  
dicit. (Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen  
prebere: nec syderum limpide flamme illuminare poterant  
et.) propter densitatem aeris tenebrosi. Et bene  
dicit (nulla vis ignis.) quia nec calor rarefactionis: nec  
lumen illustrationis potuit illum aerem illuminare nec  
tabefacere. Et quid mirum si ignis materialis et communis  
hoc facere non posset: cum (nec syderum limpide  
flamme illuminare poterant illam noctem horrendam.)

Consequenter ostendit quod ignis ex impressionibus  
generatus nullum eis adhibuit remedium: imo auxit  
potius eorum tedium: et quantum ad hoc dicit. (Apparebat  
autem illis subitaneus ignis timore plenus.) id est  
subita conuulsio fulgoris. Sed contra. Si apparebat illis  
conuulsio: ergo aer fuit illuminatus. Verum est aer  
fuit per vices obscuratus et etiam illuminatus: et illa  
cristidudo plus terruit eos quam si fuissent tenebre continuate.  
Unde quando dixit quod (nulla vis ignis potuit illis  
lumen prebere) intelligit quod nullum lumen habuerunt  
ad eorum solatium: sed potius ad penam et supplicium.  
Simul enim cum illis conuulsationibus illuminantibus  
subito aerem caliginosum et spissum apparuerunt illis  
personae tristes et horribiles demonum accipientium  
effigies mortuorum et facies laruatas ad terrendum eos:

quod fuit eis valde penale: non solum propter illa que  
imaginabantur ex visis: et hoc est quod subdit. (Et timore  
illius percussus que videbantur faciei.) vel corporali  
visione vel imaginaria (estimabant deteriora esse que non  
videbantur.) quia ex malis visis estimabant peiora esse  
se futura: et sic fuerunt in maximo timore et miseria. Non  
tandem quod pena istorum egyptiorum assimilabatur in  
multis pene infernali. Apparebat inquam illis subitaneus ignis  
timore plenus. Tum quia repente venit: tum quia ad  
plenum punit. Quantum ad primum prime Thesal.  
ultimo. Tum dixerint pax et securitas tunc repente  
eis superueniet interitus: sicut dolor in vtero habentis  
et non effugiet. Quantum ad secundum Apocal. 18.  
Quantum glorificauit se et in delictis fuit: tantum dare  
illi tormentum et luctum. Occasione illius similitudinis  
moueo istam dubitationem. Utrum ignis corporalis  
punit in inferno damnatos. Et arguitur quod non. quod  
si sic: ignis ille calefaceret corpora damnatorum: et sic  
cum nullus sit resistens quod possit actionem ignis  
diminueret vel remittere: sequeretur quod ignis ille caleface-  
ret de facto corpus iude vel cuiuscunque alterius ultra  
quemlibet gradum signatus: et cum sit aliquis gradus  
caloris excedens proportionem complexionis huma-  
ne: sequitur quod per calefactionem talem corrumpetur  
corpus humanum: et fieret separatio anime a corpore.  
Vel oportebit dicere quod aliqua caliditas: que sufficit cor-  
rumpere vitam maxime sane complexionis: non sufficit cor-  
rumpere vitam complexionis in centuplo debiliores. Se-  
cundo. si ignis affligeret ista corpora futura in inferno:  
quod cum sit agens naturale et non voluntarium agit  
uniformiter per medium uniformem per omnia corpora equaliter  
approximata: ergo equaliter affligeret minus mali corpus:  
sicut peioris si fuerit equaliter approximatam. Tertio. si ibi  
erit ignis: ergo ibi erit aliquod lumen. non est falsum. quod dicit  
Matth. 22. Ligatis manibus et pedibus pyrite eius in  
tenebras exteriores. Super quo dicit Gregorius. Si ignis ille  
lumen haberet: in tenebras exteriores non diceret mitti.  
et Basilii dicit super illud ps. Vox domini intercidetis flammam  
ignis quod virtute diuina separabilis claritas ignis ab  
ei virtute adustina: ita quod claritas cedit in gaudium san-  
ctorum: et visum ignis in tormentum damnatorum. ergo ibi  
nullum lumen erit. Quarto. si ignis sit sub terra: hoc  
est per violentiam: sed nullum violentum est eternum. id est  
de celo. quod ignis ille non erit eternus. Quinto sic. Quomodo  
an infernus sit idem locus cum purgatorio: et ignis eiusdem  
rationis: hic et ibi: vel non. Si sic: ergo concedendum est quod  
decedentes cum charitate vadunt ad infernum. Si non: contra.  
Sancti patres ante mortem christi purgabatur: sed non  
purgabantur in aliquo loco supra limbum patrum: nec in  
limbo. quod in inferno. An istius non patet. quod in limbo  
non est pena sensus. Ad oppositum videtur esse illud Mat.  
23. Discedite a me maledicti in ignem eternum. ergo dam-  
nandi erunt in igne eterno. Quod autem ignis corporalis  
sit: dicit Gregorius 4. dialogo. Ignem gehenne corporeum  
esse: in quo certum est corpora cruciari: non ambigo.  
In ista dubitatione non est querenda noua fictio: sed cum  
reuerentia recitata sunt dicta sanctorum. Volo igitur recla-  
tare quod dicitur igne inferni: quod de loco inferni: quod dicitur loco  
et igne purgatorij senserunt doctores antiqui. Augustinus super Hieronimum.  
ad iras sensit quod anime malorum post mortem non per corpora: sed  
per corporum similitudines in aere caritas affligunt. Vnde vult ibi  
quod ignis ille spiritualis est non corporalis. Sicut dicitur loco: sed  
sicut illud retractat tenes quod locus ille sit corpus et sub terra:  
et quod ignis sit corpus: et sub terra ardet. Hieronimus 4. dialo. dicit.

Bona egyptiorum  
estimabat peiora  
infernali.

Utrum ignis  
corporalis punit  
in inferno  
damnatos.  
Prima ratio  
quod non.

2. ratio

3. ratio

Gregorius

Basilii

4. ratio

5. ratio

In oppositum

B  
Gregorius

Ratio ad  
dubitationem.

Augustinus

Gregorius

Ignē infernalē corporalē esse nō ambigo. De isto ergo certū est q̄ nulli patet veritas per rationē demonstratū: sed tñ per reuelationes factas sanctis viris: et sō sequendo dicta sancti Thome dicende sunt iste conclusiones. ¶ Prima. ignis infernalis est corpore⁹. ¶ Secunda. ignis iste non agit in corpora materialiter et modo nature: sed spiritualiter et modo anie. ¶ Tertia est q̄ ignis nō calefacit corpora damnandozū: nec illa corpora calefiunt per ignē illū. ¶ Quarta est. q̄ ignis ille infernalis affligit sicut instrumentū diuine iustitię: nō sicut p̄ncipale agens. ¶ Quinta est. q̄ infernus est infra terrā. ¶ Sexta est. q̄ purgatorizū est iuxta infernum: et idē est ignis purgatorizū et infernalis. ¶ Primā conclusionē p̄bat sic. Corpori non potest coaptari nisi corporea pena. vnde ex hoc p̄bat Hreg. q̄ ignis infernalis est corporeus: in quē corpora damnatozū post diē iudicij statim retrudent. Aug. etiā. zi. de ciui. dei. cap. 10. dicit. q̄ ignis quo etiā spiritus affligunt corpore⁹ sit. ¶ Secundā cōclusionē illā. v3. ignis ille qui materialiter nō agit modo nature: sicut ignis calefacit lignum causando in eo calozē qualis est in igne: sicut declarat magister sententiarū. dist. 44. lib. 4. si aliter fieret: necessario causaret passiōē in corpore damnati et alterationem realē. Dis autē talis alteratio presupponit motū celī: sed post iudiciū motus celī cessabit: tūc nō erit talis alteratio. Est ergo s̄m eum et s̄m Arist. duplex alteratio: siue passio. Una per modū nature: quādo agēs assimilāt sibi passūz materialiter: sicut quādo ignis calefacit lignū. Alia quādo agēs nō assimilāt sibi passūz in qualitate qua agit: sicut obiectū agit in mediū. Albedo enim nō facit mediū album: sed tñ causat in mediō speciē albedinis. consimili modo s̄m eum corpora damnandozū nō patient̄ p̄ modo passiōis sicut modo patiuntur: sed sc̄do modo tñ: et sic defendit q̄ ignis agendo p̄petue in corpora damnandozū nunq̄ ea consumet vel corrumpet. ¶ Tertia patet ex dictis v3. q̄ nō calefacit corpora damnandozū: nec comburet: q̄ tñ spiritualiter imutabit: sicut color mediū vel pupillā. ¶ 4<sup>a</sup> conclusio sequitur ex precedenti: q̄ ignis ibi nō agit alterando materialiter: sed spiritualiter. et aliquis magis et aliquis minus: q̄ agit sicut instrumentū diuine iustitię. ¶ Quintā conclusionē. v3. q̄ infernus sit infra terram: declarat ex dictis Hreg. 4. dialogo. et Aug. 12. sup̄ Hen. ad literā: qui duas ad hoc congruentias assignāt. v3. Tum quia sicut anime peccatozū propter carnis amorem peccauerunt. Ita eis loca exhibeantur sicut mortue carni debet. tum quia sicut grauitas est in corporibus: ita tristitia est in spiritibus: et letitia est in spiritibus sicut leuitas in corporibus. Locus autēz grauiū est deorsum: sic etiam locus est spirituum peccatozū. ¶ Sextam conclusionem tenet. v3. q̄ idem sicut est locus purgatozū et inferni: ita q̄ illa loca sunt sibynulcem vicina super. 4. senten. distin. 25. in respōsione ad argu<sup>m</sup> 2<sup>m</sup>: et ratio sua est ista. Quia lymbus patrum fuit coniunctus inferno: als christus nō diceretur ad infernūz descēdisse. Sed lymbus fuit superior q̄ locus purgatozū: ergo locus purgatozū fuit vicinior inferno q̄ locus ille: siue lymbus patrum. Vult tamen dicere q̄ infra ambitum infernalē sunt quatuor loca distincta. In sūmitate lymbus patruz: et postea lymbus peccatozū: tertio purgatozūz vbi est pena sensus: quarto damnandozū. Idem Hanō. 8. quolibet. q. 32. q̄ ibi est locus purgatozū s̄m legem cōmunez. s̄m vero p̄uilegia personalia et dispensationē diuinā anime quozūdaꝫ puniuntur in loco in quo peccauerunt. Tum ad vlti-

rum viciniorum instructionem. tum ad mortuozū subuentionem. ¶ Per hec ad argumēta. Ad primū patet q̄ ignis iste non alterat corpus materialiter: sed tñ spiritualiter: sicut obiectum mutat intellectum vel sensūz et ideo nunq̄ corrumpet: imo nec semel corpus ab illa transpositione trasmutabit: in qua ponetur in inferno ¶ Ad 2<sup>m</sup> patet. Is non sit agens voluntarium: agit tamen vt instrumentū agentis voluntarie: et ideo punit et affligit s̄m voluntatem ipsius: et non s̄m naturā propriam ignis. ¶ Ad tertium de igne et lumine dicendū est q̄ locus ille sic erit dispositus sicut conuenit maxie miserie damnandozū. Unde non erit ibi lumen aliū quod: sed ymbrosū vt illa videantur que afflictionē ingerere possunt. Dicitur tamē q̄ ignis ille est naturaliter eiusdem speciei cum lumine nostro: sed differunt s̄m materiales dispositiones: sicut differunt flamma et ignis: q̄nis ignis sit eiusdem speciei: siue sit in materia aerea: sicut est in flāma: siue in materia terrestri: sicut est in carbone. quia ergo lumē illud erit in materia fumosa et ymbrosa simpliciter loquendo dicitur locus ille tenebrosus. ¶ Ad quartum dicendum q̄ Is nullū violentum sit perpetuū ex ordinatione nature: potest tamen ordinatione diuine iustitię. ¶ Ad quintum patet per dicta in sexta conclusionē: sic ergo totam difficultatem de eternitate corporum non consumendozū per ignem inferni: quam pertractat Aug. zi. de ciuita. dei. soluit ille doctor per hoc p̄ncipiūz. cessante motu celī nulla potest fieri in corporibus actio vel passio materialis: sed spiritualis tñ. Et quīs illud esset quoddā damnatum Parisius: est tamen illa sententia retractata quantum attinet ad dicta sancti Thome per dominū papam Joan. 22. contra quem arguit Scotus doctor subtilis. distin. 48. lib. 4. Lectio. CLXXXIX. ¶ Et magice artis appositi erant derisus: et sapientie gloria correptio cum contumelia. Illi enim qui promittebant timores et conturbationes se expellere ab anima languente: hi cum derisus pleni timore languebant. Nam et si nihil eos ex mōstris perturbabat transitu animalium et serpentū sibilatione: cōmoti tremebundi peribant: et aerem quē nulla ratione euadere quis possit negantes se videre.

**D**icitur declaratū est q̄ egyptij p̄ totūz tridnū tenebrosū nullū poterant habere solatiū in tenebras: nec ab igne nec a lumine. Dic oīdit q̄ nec aliq̄ remediū cōsequi poterant per eoz magos: quos tñ peritissimos habuerunt: imo ipsi magia demonibus derelicti: et a deo afflicti deridebant: et pariter cū alijs affligebantur. Et circa hoc tria facit. ¶ Primo ponit eozum derisionem. ¶ Secundo ponit derisionis rationem. ¶ Tertio excludit quandā obiectionē. 2<sup>a</sup> pars ibi. (Illi enim qui promittebant.) 3<sup>a</sup> ibi. (Nam et si nihil.) ¶ Quantum ad primū dicit sic. (Et magice artis appositi erant derisus.) hoc est. tunc tepozis derisibiles ostēdebantur magi egyptiaci manifeste: qui per artē magicam mōstra faciebāt: quādo nec sibi nec alijs in predictas tenebras potuerūt p̄desse. (Et sapientie gloria correptio cū cōtumelia.) quasi diceret. Vana gloria quā

Prima p̄clo.  
Secunda p̄clo.  
Tertia p̄clo.  
Quarta conclusio.  
Quinta p̄clo.  
Sexta p̄clo.  
Probatio p̄ me p̄clonis.  
Gregorius  
Augustinus.  
Probatio sc̄de p̄clonis.  
Aristoteles  
Probatio tertie p̄clonis.  
Probatio quartie p̄clonis.  
Probatio quinte p̄clonis.  
Probatio sexte p̄clonis.  
Loca inferno rā quō distinguantur.  
Bandensio

Ratio ad p̄mā rōnem in oppositū.  
Ad. 2. rōnē.  
Ad. 3. rōnēz.  
Ad. 4. rōnē.  
Ad. 5. rōnēz.  
A

habuerunt dicti magi egyptiaci de falsa sapientia ver-  
sa modo fuit in correptionem cum contumelia quan-  
do pbarao ⁊ alij nobiles clamantes petiuerunt eorum  
subsidiā: ⁊ cum eos iuuare non possent contumelias in-  
tulerunt tanq̄ fallacibus ⁊ pomposis deceptoribus.

¶ Secundo ponit derisionis occasionem. (Illi enim  
qui pmittebant timores ⁊ turbationes se expellere ab  
anima languente.) hi cum derisu pleni timore langue-  
bant: ergo manifeste fuerunt derisi ⁊ deridendi: sicut  
presumptuosi ⁊ fallaces promittentes se alios adiutu-  
ros quādo nec potuerunt succurrere sibypsis. ¶ Ter-  
tio quia possent aliquis obycere q̄ ipsi non affligebant  
ex visione corporali: vel imaginaria tristitiam persona-  
rum ⁊ monstruosarum effigieruz: quia assueti fuerunt  
talia cernere: sicut nec Balaam expauit ad locutionez  
asine: respondetur q̄ nihilominus hoc concesso turba-  
bantur: maxime tamen (ex transitu animalium) que  
iuxta eos strepitum facientia videbantur eos concu-  
care: ⁊ sibilationem serpentum: quos tamen non vi-  
debant: tamen ex hoc q̄ negabant se videre aerem si-  
ne quo nemo viuere potest. ⁊ hoc est quod dicit. (Nam  
⁊ si nihil illos ex monstris apparentibus) in coruscatio-  
nibus visibiliter vel imaginarie perturbabat: (transi-  
tu tamen animalium) robustorum ⁊ serpentuz sibi-  
latione cōmoti) ne ab animalibus conculcarētur: vel  
a serpentibus intoxicarentur (tremebundi peribant: ⁊  
aerem quem nulla ratione euadere quis possent negan-  
tes se videre.) quem tamen timebant ⁊ tangebant. Et  
magice artis appositi erant derisus. ¶ Ad litteraz va-  
cantes arti magice multipl̄ derident. Nam

¶ Deridentur a demonibus.

¶ Deridentur ab hominibus.

¶ Deridentur a bonis angelis.

¶ Deridentur a deo.

¶ Ipsis spiritibus fallacibus ⁊ mendosis: quibus sacrifi-  
cant: ⁊ quos colunt: sicut patuit de papa Siluestro. ij.  
qui prius dicebatur Heribertus. hic primo monachus  
floriacen. cenoby postea diabolo suadete: ⁊ enormiter  
instigante apostatauit diaboli obsequijs ⁊ arti magice  
se obligauit intantū q̄ diabolo fecit homagium cū pa-  
cto vt ei omnia ad nutuz succederent. Auxilio ergo de-  
monis promotus ⁊ sussultus factus est primo Remē-  
sis archieps: postea Rauēnensis: ⁊ tandē papa: ⁊ tunc  
questiuit a diabolo q̄sdū adhuc viueret in papatu: re-  
sponsum est sibi q̄sdū non celebraret in hierusalē. Luz  
ergo postea celebraret in quodā loco rome: qui hieru-  
salem dicitur in ecclesia sancte crucis: ex motu ⁊ strepi-  
tu demonum mortem sibi sensit adesse. Suspirauit er-  
go ⁊ ingemuit: ⁊ lz sceleratissimus esset: nullo modo ta-  
men desperauit: sed coram omnibus peccatum suū cō-  
fessus membratim ordinauit diuidi corpus suum vt  
omnia illa membra diuiderentur ⁊ amputarentur qui-  
bus demones adorauerat. Corpus vero mortuum su-  
per bigam imponi: ⁊ ybicunq; animalia illud trahen-  
tia sisterent sepeliri. Deo vero signum euadens sue cle-  
mentie demonstrante tulerunt animalia corpus illud  
in ecclesiam lateranensem. In cuius sepulchro litteris  
exaratū habetur q̄ tumultu suozuz ossium ⁊ sudore  
pape prebetur presagium morturo. hec in cronica fra-  
tris martini. De hac eadem persona talis extat versus.  
Transita re Heribertus ad ra. post papa regens. Et  
designantur tres nobiles ecclesie quas rexit successine:  
que sunt. Remensis Rauēnensis ⁊ Roma. Iste ergo  
fuit turpiter derisus. Consimile narratur de quodam  
alio ep̄o: qui. s. propter honores consequēdos arti magi

te fuit datus: tandem factus ep̄scopus cuz multos ha-  
beret aduersarios: ⁊ esset in castro quodam suo de quo  
plurimum confidebat: ⁊ cuz timeret cōsultuit demones  
suuz sub hac forma. Fugias: an nō. Respondit demon:  
Nō sta secure: Venient inimici tui suauiter ⁊ subdēt  
tibi. Accedunt hostes ⁊ castrum capiunt ⁊ succendunt.  
Intuocans ergo demones in extrema necessitate: questi-  
uit quid faceret: ⁊ quare eum finaliter sic sefellisset. Et  
respondit demon q̄ eum non decepsisset: sed verum di-  
xit: si dictum suum intellexisset. Dixi in q̄. non sta secu-  
re. i. fugias: Venient inimici tui suauiter: ⁊ tibi subdēt  
vr. i. ignez. ⁊ sic suum famulū in sine diabolus delusit.  
Dis similia infinita possunt narrari. Alij autem deci-  
piuntur a spiritibus alijs: non quidez ab ipsis quos in-  
uocant: sed ab eorum principibus quibus sunt alijs po-  
tentiores. ¶ Unde cum quidā teutonicus peregrina-  
retur ad sanctū Jacobū in quadā villa nauarrie quen-  
dam necromanticū obuiū habuit. Dic dixit peregrino  
Uideo te charissime esse in periculo mortis: sed si vis  
mibi rependere mercedem: saluabo vitam tuā. Spon-  
det teutonicus: volo. Ducit ergo necromanticus teuto-  
nicum in quadā camerā: parat sibi balneum: ⁊ ponit  
eum in aqua: collocat ante eum speculū de calibe quo  
magici solent vtī. Et querit ab eo quid videat in specu-  
lo: respondit teutonicus q̄ videret virum ⁊ vxorem in  
domo propria. Et necromanticus quadā imaginem  
formauerat de cera: statq; clericus arcu extenso: ⁊ sagit-  
ta imissa vt sagittaret imaginem. Cui necromanticus.  
Imago. inquit. cerea imago tua est: vxor vero tua ⁊ cle-  
ricus amasius suus in hoc conuenerunt vt te occidant  
quia si imaginem illam possent clericus sagittare: mor-  
tuus esses. Custodias ergo teipsum: ⁊ cū incipiet trabe-  
re imerge te totuz in aqua sub aqua balnei in qua stas:  
⁊ sic secundo ⁊ tertio: quia pluries non poterit sagitta-  
re. Fecit sic. Tandem se erigenstertio de aqua respici-  
ens speculum: vidit qualiter vxor cum famula clericū  
illum subito mortuuz in stabulo quodā sepelinit. Sol-  
uit ergo teutonicus necromantico suo mercedem: ⁊ sa-  
cta peregrinatione domum rediens que per speculuz  
viderat opera completa prospexit. Unde habentur ta-  
les versus.

Teutonicus peregrinus eo iacobita nauarrie.

Balneum cum speculo docuere malum muliere.

Te later ad statuam sub aquis imersio terna.

Infatuat fatuam fatuus stabuli tenet ima.

Unde signanter dicitur magico spiritu eum decipien-

te. Eccli. ij. Subridens specie dabit narrans tibi bona

⁊ in nouissimo deridebit te. ¶ Secundo deridentur

dantes se illi arti etiam ab hominibus: sicut nuper pa-

tuit nostris diebus de quodam clerico necromantico:

cui demon apparens promisit q̄ esset rex anglie: ⁊ q̄

cum tanta miliria duceretur in medio anglie: sicut vn-

q̄ Eduardum filium Deinrici viderat equitare. Dic

tandem in nartbaniconā tempore parlamenti: conco-

mitantib⁹ totius regis proceribus tractus fuit ⁊ suspē-

sus q̄sdū ossa ossibus adhibebant. Immo generaliter

omnes qui tali arti insistant: ⁊ apud deum ⁊ apud ho-

mines confunduntur. Sed mihi tempus deficeret si

omnia narrare: vt merito dicere possint illud ps. 43.

Posuisti nos opprobrium vicinis nostris subsanationē

e derisum ⁊ c. Figurā ⁊ exēplū in. 3. Reg. is. habemus:

quō Velias prophetas Baal derisit: quādo dixit. La-

mate voce maior: deus vester forsitan dormit: aut lo-

quitur cū alio: aut in diuersorio est: vel itinere. ¶ Ter-

tio. non est dubium quin a bonis angelis etiam deridē-

**B**  
Elaātes arti  
magice mlti-  
pl̄ deridēt.  
Primo.

**Exemplū.**

**Exēplū.**

**L**

**Exemplū.**

**Derisus.**

**Scdo.**

**B**

**Figura.**

**Tertio.**

aur: quia se vilissimis spiritibus submittere non verentur. Unde angelus obuians Balaam pphete necromanti eo cum euaginato gladio satis eum de dys suis confidentem derisit: quando asinam eum ad maceriem collidere imperauit. Nume. 22. Quarto deridebuntur a deo finaliter. Juxta illud ps. 58. Et tu domine deridebis eos: et ad nihilum deduces oes gentes. i. oes gentiliter se demonibus submittetes. Dubitatio litteralis est. Utrum ars magica sit hoibus ronabiliter interdicta. Quod non pbo. Nam ad honorem dei videtur esse quod hoies virtute noium sanctoꝝ vel euagely vel sacramentoꝝ ecclesie possint demonibus imperare. Sed hoc frequenter tradit in arte magica: videlicet inuocare demones per nomen dei: ergo non debet hominibus prohiberi. Preterea. ad artem magicam videtur pertinere vti imaginibus ad curas hoium spectantibus: sed hoc fieri potest naturaliter: ergo illud est irrationabiliter hoibus prohibitus. Minor probatur: quia illud quod narrat comentator super cetilogium Ptolomei. verbo. 9. vbi narrat se vidisse quendam qui sculpsit figuram scorpionis in lapide: luna exstante in signo scorpionis vno de quattuor angulis: et quod quid postea impressionem illius sigilli habebat siue in cera siue in quocumque alio a mortuo scorpionis curabatur: sicut ipse testatur se vidisse: sed hoc non fiebat nisi per naturam: ergo etc. Preterea. irrationabile est illud prohibere quod a diuersis est expertum: sed diuersi sunt experti quod quedam negocia malos euentus denunciant: sicut obuiare lepori est malum: et obuiare bufoni significat bonum: vestes rodi a foricibus. offendere statim cum homo de domo pcedit. Et multa habent pro experimentis: maxime a mulieribus: quibus plus valet talia considerare: que sunt signa fortunę vel infortunę. Ergo irrationabile est talia prohibere. Preterea magister in historia narrat super euangelia: quod inter iudeos fuerunt quidam exorciste: qui per exorcismos factos a salomone demones eueiebant: maxime apposita radice cuiusdam herbe in naribus obfessi: ergo hoc videtur naturale. Et confirmatur: quod dicitur contra herba Jobanis que dicitur perforata fugat demones per naturam. Preterea. verbis conferunt vis naturalis: et characteribus ex stellis et signis celestibus. Sed cum rebus naturalibus liceat vti applicando ad effectum continentem. ergo non debet ronabiliter prohiberi. Ad oppositum est Augustinus. de doctrina christiana. Ubi dicit quod ad superstitionem pertinent volumina magicarum artium et ligature: que medicos quoque disciplina codemnat: siue in imprecationibus siue quibusdam votis: quas characteres vocant. Ad questionem dicendum quod sic: ratio est: quia ars magica dicitur illa superstitiosa obseruantia: qualiscumque fuerit que auxilio vel consilio demonum ad habebus vel pactionibus vocatoꝝ pplet. Ubi primo sciendum quod demones antiquitus tpe idolatrie multas obseruantias hoibus reuelauerunt ad certos effectus canendos: quos ipimet demones causabant ad decipiendum hoies: et contrahendum cum eis familiaritatem: et ad fallendum eos finaliter: et inter talia videtur ars notoria tenere locum: per quam suadet hoies omnem scientiam posse acquiri per inspectionem quarundam figurarum et orationibus dicendis cum obseruationibus: que vel est totaliter inefficax: quod est mihi incredibile: vel per reuelationem demonum potest haberi obseruatis principis illius artis: que sunt valde difficilia: vti patet artem illam inuenti. Uterius est notandum quod inter ea que sunt hoibus per demones reuelata: quedam continent expressas inuocationes: sicut patet de modo includendi spiritus: et in alijs demonum superstitionibus: quedam alia ser-

uitia in exhibitione rerum: quedam continent quasi vana que cum demones ordinauerunt fieri: quibus factis ad modum quo illi ordinauerunt accedunt demones non coacti: sed sponte: et quasi ex quodam pacto: et efficiunt effectus quos antiquitus promiserunt: et in talibus consistit tota magica ars. Quomodo autem discerni possit an sequatur effectus ex magica arte vel ex natura rerum creatarum: est in quibusdam casibus valde difficile: quoniam tunc sic est quod nulla casualitas naturalis inuenitur quare talis effectus sequi debet. et quoniam aliquid admisceat necessario quod causare non potest ex natura sua: sicut sunt figure: characteres vel voces extranee vel alia huiusmodi: arbitrandum est talia magica esse omnino: sicut est illud quod scribit Palladius de agricultura. lib. i. vbi agens de columbis dicit sic. Columbe non pariunt nec locum deserunt: nisi super omnes fenestras aliquid de strangulati hoies loro vel vinculo vel fune suspendas. Et in Plinio de historia naturali multa talia inueniunt. Sicut in Gilberto: vbi cumque ponitur experimentum intelligit aliquid superstitiosum: que omnia generaliter spectant ad aliqua pacta antiquitus inter demones et hoies constituta. Tertio notandum quod nullus vis nature corporee lapidis: metalli: ligni vel herbe potest demones ad aliquid compellere: quous fingant se compelli et homini aliquo modo subdi: vti per hec familiaritatem cum hominibus contrahant: et finaliter eos fallant. Quod autem dicitur agrimonia vel acrimonia fugare demones: non est credendum nisi miraculose a deo: sicut fuisse creditur de dauid et saule. y. Reg. 16. Sriuolum est. sicut satis innuit Augustinus. de ciui. dei contra Porphyrium. Sed sciendum quod demon dupliciter homini seruit.

Primo modo sponte vti decipiat. Alio modo coacte a superiori spiritu: sicut iudei dixerunt de christo: quod in Beelzebub principe demonioꝝ euceret demonia. Math. 12. Uterius est notandum de incantationibus serpentum: quod ex quo nulla causa naturalis apparet: quare voces tales qualescumque fuerint faciunt serpentem expectare: nec serpens intelligit quod proferat. Uidentur tales incantationes per demones effectum sortiri: et sunt reliquie veteris idolatrie. Inuocationes etiam quas vetule per nomina barbarica et extranea vel obseruationes infinitas pro morbis curandis sortilegia sunt: quous admisceant quodam de deo vel de euangelio. Si quis autem contra infirmitatem appendi faciat nomina christi seu euangely ex simplici deuotione non habendo spes ad modum ligandi vel scribendi vel figuram vel characteres: non est piculum: quous talia non ordinantur ad expellendum morbos directe. Ad rationes. Ad primam: quod ad honorem dei est etc. Dicitur quod non est ad honorem dei quod hoies talia faciant ad querendum auxilium et consilium a demonibus: imo est eis contra eos bellum indictum. Utrum expellere eum de corpore hoium quos vexant bene licet: sicut faciunt exorciste. Non autem eos suscitare: vti doceant hoies quecumque media: vel vti inueniunt ad quecumque effectum. Si autem inueniuntur aliqui fecisse: fecit hoc domino dispensante et miraculose cooperante. Ad secundam de imaginibus curantibus infirmitates artificialiter factis in quacumque materia fuerint nisi forte ipsa materia habeat efficaciam naturalem. Dicit sanctus Thomas secunda secunde: quod omnes imagines tales superstitiose et magice sunt: quod patet ex hoc. quia secundum eum nullum effectum habent nisi in eis quidam characteres scribantur. Figura autem non est naturalis actionis principium. Nec autem est differentia inter imagines astrologicas et necromanticas: quod negromantice fiunt per expressam inuocationem demonum: Astrologice per pacta tacita figurarum vel characterum. Ad tertium: quod obseruantie a demonibus

Quarto,  
D  
Hic ars magica sit ronabiliter hoibus interdicta.  
Primum ar. in oppositum.  
Secundum arg.  
Tertium arg.  
Quartum ar.  
Herba pforata eijca dmo. ca.  
Quintus arg.  
In oppositum Augustinus  
Ratio ad q.  
Primum non dicitur.  
E  
Hic non dicitur

Colube si parit nec locum deserit si in omnibus fenestris aliquid de fune hoies suspendi ponitur

§ Tertium notabile.

Augustinus Demon hois dupli fuit.

Etule morbos curando quibusdam vobis crucis et oblationibus committunt sortilegium.

Ratio ad primum in oppositum

Ad 2. argu.

S. Thomas.

Ad 3. argu.

Exorcismi Salomonis sunt illiciti.

nibus tradite antiquitus no sunt cause talium euentuu; sed signa tantum et non naturaliter instituta: nec a deo. Igitur ab angelo non bono vel ab homine. Ad quartum constat Salomonem aliquando idolatram fuisse. Unde possibile est suos exorcismos per demones ordinatos fuisse: et ideo sunt illiciti. Ad quintum: quod figuris et characteribus nulla virtus actiua a stellis potest imprimi: cum non sint res distincte a rebus figuratis. Si autem dicatur quod ipsi rebus imprimuntur virtus propter figuras vel characterem: hoc non est nisi per pacta antiquitus per demones inita.

Lectio. CXC.

Frequenter enim preoccupant pessima: redarguente conscientia. Cum sit enim timida nequicia: data est in omnium condemnationem: semper enim presumit seua perturbata conscientia. Nihil enim est timor nisi presumptionis adiutorium: proditio cogitationis auxiliorum: et dum ab intro minor est expectatio maiorem putat penam eius cause de qua tormentum prestat.



Harratis penis multiplicibus quibus afflicti fuerunt egypti tenebris palpabilibus circumsepti per triduum: intra quas penas una de maximis fuit timor: quo semper suspicabantur eis peiora superuertura supplicia quam fuerunt partialiter iam illata. In

ista parte intendit assignare causam huius timoris suspiciosi. Et circa hoc duo facit.

Primo assignat huius timoris ordinem in generali.

Sed et magis explanat in speciali. Ibi. Cum sit enim timida. Circa primum dicit sic. Frequenter enim preoccupant pessima redarguente conscientia. Quasi diceret. Nec est causa tanti timoris in peccatoribus iam afflictis: ut non solum doleat de penis presentibus: sed magis timeat penas futuras: quia tales frequenter preoccupant. I. concipiunt pessima. I. maxima penaliter eis inferenda: redarguente conscientia: que iudicat sibi penam maiorem deberi quam actualiter inferat. Dicitur. Arguet te malicia tua. Conscientia ergo lesa per culpam facit hominem preoccupare. I. concipere grauiores futura quam patitur: ut plus torqueatur metu quam sentit. Vel potest (pessima) esse nominatiui casus. (Pessima) .i. grauissima tormenta (preoccupant) malos et est sententia consimilis. Consequenter istud magis explanat in speciali: et ponit istius timoris principium medium et effectum. Principium enim est nequicia que est principalis origo timoris. Et quantum ad hoc dicit. Cum sit enim timida nequicia data est in omnium condemnationem in omnium videlicet malorum siue peccantium condemnatione. Nam ipsamet nequicia penam seculi habet: ne aliquid in vniuerso deordinatum remaneat. Unde Boetius. 4. de consol. p. 3. Sicut probis probitas ipsa est premium: ita improbis nequicia ipsa est supplicium. Et Augustinus. 1. de sermone. Insuper dicitur et sic est ut pena sit sibi omnia inordinatus animus. Et idem de vera innocentia. c. 4. Nulle pene grauiores sunt quam male conscientie: in qua cum non habetur deus solatio non inuenitur. Hoc est ergo principium excessiui timoris in peccatoribus: videlicet nequicia: que teste eorum conscientia iudicat eos esse malos. Dicit enim primus effectus culpe sicut dicit poeta iuuenalis lib. 5. Exemplo quodcumque malum committitur ipsi displicet actori. Prima est ergo ultio quod

se iudice nemo nocens Absoluit: improba quis gratia fallacis pretoris vicerit vna. Nos erat antiquitus sicut narrat Quidius. is. merba. quod propter demnaturus nocentem misit in vnam nigros lapillos: et eos postea coram populo effudit: et sic rem ostendit esse damnandam: quando autem erat liberaturus misit lapillos albos: quos postea ad ostensionem innocentie effundebat. Dicit ergo iuuenalis quod quis aliquis conscius sue malicie euadit iudicium pretoris pretore pro gratiam et fauorem vincente: tamen seipso iudice non absoluitur sed dignus supplicio iudicatur. Et ideo dicit Seneca de moribus. Mala conscientia sepe tuta est: secreta nunquam. Et ideo signanter dicitur quod (nequicia data est omnibus in damnationem.) Vel sicut alia littera habet: dat testimonium condemnationi et eadem sententia est. Et hec est ratio illius quod sequitur: (semper enim seua presumit) .i. preconcepit sibi futura penaliter et crudelia perturbata vel conturbata seu turbata conscientia: hec ergo tripliciter nequicia perpetrata conscientia dicitur quod omnis culpa pena aliqua debet puniri. Et preconceptio pene causat timorem: et hoc est quod subdit. (Nihil enim est timor nisi presumptionis) id est anticipationis vel preconceptionis predictae de pena debita inferenda. (adiutorium proditio cogitationis auxiliorum.) Prodit enim timor. I. manifestat quod timens habet cogitationes de auxilio acquirendo: et eo ipso quod sollicite desiderat auxilium et nihil videt bonitatis intrinsecus in seipso unde debeat esse dignus auxilio et eo ipso auget timor et iudicat penam cause: per quam torquet esse maiorem. Unde subdit. (Et dum ab intro minor est expectatio.) De remedio (maiorem computat penam) vel scientiam finem aliam litteram credo conscientiam. I. certitudinem eiusdem. I. exterioris rei (de qua tormentum prestat) .i. a qua inferitur sibi pena. Preoccupat pessima redarguente conscientia. Notandum est quod conscientia hominis multipliciter actum habet. Est autem conscientia Accusatrix prave transgressionis. Elenatrix siue depressionis. Conservatrix bone possessionis. Vindicatrix fracte professionis. Primum conscientia est accusatrix prave transgressionis. Sicut enim puero datur dicitur in qua defectus sui signatur ut postea verberetur: et nullo modo licet sibi abicere dicam suam sed per eam accusabitur: ita cuiuslibet homini alligatur conscientia in qua omnia peccata notantur: ut finem eam in iudicio acuset. Roma. 4. Testimonium reddere illis conscientia ipsorum: et inter se inuicem cogitationum accusantium et defendentium in die quo iudicabit deus occulta hominum. Et ideo istam accusatricem maxime timere debemus dicente Seneca lib. suo de moribus. Nullum conscius peccatorum tuorum magis timueris quam te metipsum. Alienum enim potes fugere: te autem nunquam. Item in eodem. Conscientiam magis quam famam intende. Falli enim sepe potest fama: conscientia nunquam. Sicut enim charitativus accusator primo monet ad peccatum et tunc premonet de suis defectibus: et si se correxerit culpam celat. Si vero corrigere preceperit: publice in iudicio proclamat: ita conscientia nostra in presenti quod nos corripit et reprehendit occulte: sed si nos non correxerimus: in futuro iudicio nos proclamabit. Lu. 5. Locus sciens est sibi: nisi iudicauerit: portabit iniquitatem suam. Secundo conscientia hominis est elenatrix siue depressionis. In omni enim depressione vel turbatione terrena singularis solatio est bona conscientia. 2. Cor. 1. Gloria nostra hec est testimonium unius conscientie nostre. Unde Ambrosius de officiis. Bene sibi conscientia falsis non debet commoveri: conuictus nec estimare plus poterit in alieno conuicio: quam in sue conscientie testimonio. Et

Quidius,

Conscientia hominis multipliciter actum habet.

Primo

Seneca

Conscientiam magis quam famam debeamus intendere.

Secundo Ambrosius. Gloria nostra hec est testimonium unius conscientie nostre.

venit dicitur obnoxium eod. etc. dicitur. etc. dicitur. etc. dicitur. etc. dicitur.

Boetius.

Augustinus

Nulla pena grauior quam mala conscientia.

Iuuenalis.

Exemplo quodcumque malum committitur ipsi displicet actori.

Hregio. sup Ezech. Omel. 9. Quid pdest si oēs laudant  
 7 conscientia accusat: Aut qd obest si oēs derogant 7 sola  
 conscientia defendat: Itē Augu. in quadam epla: 7 ponit  
 in canone. xi. q. 3. senti. loquēs ad Manicheū dicit. Sē-  
 ti de Augu. quicquid liber: solamen in oculis dei scien-  
 tia nō accuset. Et ca. sequenti habet qualr Constantinus  
 mediolanē. archieps a quibusdam malignis infama-  
 tus erat de quibusdam criminibus: ppter qd ptermitte-  
 bat ppo pdicare verbū: qz ista crimina pbari nō pote-  
 rant: vt verissimilia fuerant: scribit sibi papa Gregori. qd  
 ad ppriam cōscientiam redeat: 7 inde solatus populo  
 non subtrahat que ei vtilia esse cognoscit. Quem inquit  
 conscientia defendit liber est inter accusationes: 7 liber  
 sine accusatione esse nō pōt si sola que interius addicit  
 conscientia accuset. De hoc etiā Augu. notabiliter loquit  
 super ps. 37. 7 ponit similiter in canone. xi. q. 3. Custodi  
 inquit intus conscientiam tuā: vbi nemo opprimit cām  
 tuam pualet in te falsuz testimoniuz: sed apud deos  
 nūqz apud deum valebit vbi causa tua dicenda est: qz  
 deus erit iudex non alius testis qz tua conscientia erit inter iu-  
 dicem iustū 7 tuā conscientia: noli timere nisi cām tuā.  
 Dec August. Tertio conscientia hominis est conseruatrix  
 bone possessionis Berni. Sanū vas conscientia 7 seruan-  
 dis secretis idoneū: nullis patēs insidijs: nullis violen-  
 tijs cedens: vtpote nec manu nec oculis accessibilis: qz  
 quid impossibile securus sum: seruabit viuū: defuncto re-  
 stituet quocūqz vado ipsa erit mecum. secum ferens de-  
 positū qd seruandū accepit vbiqz gloria vel confusio ine-  
 uitabilis pro qualitate depositi. hec Berni. Est ergo cō-  
 seruatrix bone possessionis. Est enī bona conscientia sicut  
 quedā bona charta in qua merita nostra. scribunt per  
 quam assecuramur de pmo paradisi. i. Timo. i. Finis  
 autem pcepti est charitas de corde puro 7 conscientia bo-  
 na. Finis pcepti pōt dici pmiū siue merces debita p p-  
 cepto. Habens igif chartā bonā per quā occupaturus  
 est magnā hereditatem eā diligenter pcauet: 7 maxime  
 cōseruat ne a tineis vel a vermibus cōsumatur. Charta  
 aut per quā vitā celestē vendicamus est conscientia bo-  
 na informata charitate scripta tota plena bonis meri-  
 tis: 7 ideo pseruari debet a tineis 7 vermibus: hoc aut fit  
 duplr. Uno mō si frequenter tractet si respiciat 7 ter-  
 gat. Alio mō si perlinit cedria que est gūma cedri. Di-  
 cit enim Isidor. 17. ethimo. ca. 8. de cedro qd resignam  
 quandā habet que cedria dicitur: que in seruandis libris  
 adeo est vtilis vt perlinit ex ea nec tineas patiant nec  
 tempore senescant. Isto duplici modo si chartā nostre  
 conscientie a corruptione seruari velimus. Primo o3  
 frequenter eam tractemus 7 respiciamus dicta facta  
 7 cogitationes diligenter discutiendo 7 eam diligenter  
 etiaz a puluere detergamus: vt nec venialia inconfessa  
 dimittamus. exemplo apli Pauli: qui dicebat Actuz.  
 24. Studeo sine offendiculo conscientia habere ad deū.  
 Studium est fm Tullii vehemens animi applicatio ad  
 aliquid agendū cū summa voluntate 7 reuerentia: ma-  
 xime animi applicatio requirit ad bene discutiendum  
 ac discernendū ac pure pfitendū de peccatis: 7 ideo me-  
 rito dicit apls. Studeo conscientia habere: nō leuiter ac  
 perfunctorie loquendo seruo conscientiam. sed studeo cō-  
 scientia habere: 7 hoc sine offendiculo: vt nec etiā dimi-  
 nuta pctā 7 que cōtingūt continue negligant. Secōdo  
 debemus istam chartam perlinitre cedria que est resina  
 cedri quasi sanguinē crucifixi vel crucis xpi frequenter  
 cogitare 7 meditari. De cedro nāqz fuit pes crucis ad lit-  
 teram: 7 sic per synecdoché pro cruce pōt poni. Dabet  
 aut talis meditatio yermes. i. remozus peccatoz extir-

pare oino. dicente aplo ad Heb. 9. Sanguis xpi emun-  
 dabit cōscientias nras ob operibus mortuis: sicut idē  
 est perdere hereditatē 7 talem chartā: ita idem est per-  
 dere conscientiam bonā 7 vitā futuram. Et iō illi qui se  
 oino depingunt ad fame claritatē nō ad cōscientie veri-  
 tatem perdent finaliter celestem hereditatē: ptra quos  
 Seneca de moribus. Plurimi famā pauci conscientiam  
 verent. Quarto conscientia est vindicatrix. fracte p-  
 fessionis. Omnes enim xpiana professione censemur 7  
 ideo quotiens istam pfectionem infringimus conscien-  
 tia nostra nō solum accusat: imo vindicat mordendo 7  
 pungendo. Prouerb. 12. Est qui pmittit 7 supple nō im-  
 plet 7 quasi gladio punit cōscientie. In baptismali p-  
 fessione sigillat imago dei in conscientia hominis per  
 virtutes 7 grām que tūc infundunt parulis etiā caren-  
 tibus vsu rōnis. Et est ille denarius quem xps semper  
 exigit pro tributo per quez confiteri debemus nos esse  
 seruos suos. Uti Chryso. super Mat. 22. Reddite cesa-  
 ri que sunt cesaris. Numisma cesaris aut est: numisma  
 dei homo. In solidis videt cesar: in hoibus aut deus co-  
 gnoscit. Jō diuitias vras date cesari: deo aut cōscientie  
 vre innocentia referuate. Sed istis temporibus cōscie-  
 tiam habent nōnulli quadrupliciter defectiuam. Da-  
 bent enim.

Quidam conscientiam dilatantam.  
 Quidam conscientiam infirmatam.  
 Quidam conscientiam perturbatam.  
 Quidam conscientiam habent cauteriatā.  
 Primo inueniunt nō nulli quoz conscientia est nimis  
 dilatata: q nūqz ponderat nisi grossiora pctā: quoz cō-  
 scientia est sicut rbete habēs larga foramina: vbi nō cō-  
 prebendunt nisi pisces maiores sed minores semp eua-  
 dunt. tales nō ponderat ociosa iuramenta imo nec mien-  
 dacia: pluria nisi forte corā iudice super libzū. mēdacia  
 nullius momēti sunt apud tales nisi cedāt in diffama-  
 tionē proximi. Furtū nō est eis magni pōderis si sit de  
 bonis regis: vel alicuius alteri? magni. sed tm si de bo-  
 nis paupis fiat furtū: etiā si fiat de bonis psonalib? fur-  
 tuz remordet conscientia: s3 si de bonis alicui? cōtatīs nō  
 remordet nec remanet in cōscientijs quo: iudam: vt pec-  
 catū alicuius ponderis qui nimis dilatant conscientias  
 suas: dicentes Benesis. 43. nō est in cōscientijs nostris  
 qs eam. v3. pecuniā posuerit in marsupijs nris. Alij  
 sunt qui hnt conscientia fatīs infirmatā per oppositū q  
 nō solū pctā magna pōderata: s3 etiā parua sicut debet  
 7 plus iusto: 7 que nō sunt pctā indicāt eē pctā. 7 hec cō-  
 scientia frequēter diabolo instigāte generat: qui sic in-  
 ducit homines ad pplexitatē peccādī: qz quicquid ptra  
 cōscietia fit etiā erroneā edificat: ad gehennā: 7 hec est  
 cōscietia infirma quā apls pphibet. i. Loz. 8. Percutiē-  
 tes cōscientia eoz infirmā in xpo peccātes. Et tales vi-  
 di reptatione cessante frequēter habuisse cōscientia ni-  
 mis largā. Tertio sunt qui hnt conscientia perturbatā q  
 ppter cōmissa desperāt cōtra quos Berni. sermone. 62.  
 sup cāti. Quid efficacius ad pscie vulnera nec nō ad pur-  
 ganduz aciē mētis: qz xpi vulnez sedula meditatio: Et  
 idē. Turbabor. s3 nō pturbabor: qz vulnez dñi recorda-  
 bor. Nota. i. Loz. i. c. Omne qd in macello venit mādu-  
 cate nihil interrogātes ppter conscientia. De ista cōscien-  
 tia dnt in lra: semp psumit seuā pturbatā conscientia. Quar-  
 to sunt qdā qui hnt conscientia cauteriatā: 7 hi pōderant  
 pua s3 de magnis nihil curāt. Tales fuerūt pharisei de-  
 cimātes mētā 7 rutā 7 oē olus: 7 grauiora legis ptermi-  
 tentes. Mat. 23. 7 hi sunt hipocrite: de qb? pphetauit  
 apls. i. Timoth. 4. q in nouissimis diebus veniet qdā  
 Dolkot. 3 z

Magis de  
 conscientiam no  
 straz qz aliena  
 conuina.  
 Gregori  
 Augustinus  
 Augustinus  
 Tertio  
 Bernardus  
 conscientiam  
 bonam conser-  
 uat.  
 Conscientia est  
 charta affectu  
 rationis.  
 Finis pcepti  
 quid sit.  
 Conscientia bona  
 conseruat du-  
 pliciter.  
 Isidorus.  
 Primo.  
 Studium qd  
 sit.  
 Secōdo.  
 Cogitatio  
 passiois xpi  
 peccata ex-  
 tirpat.

Seneca.  
 Quarto.  
 Chryso.  
 D  
 Quadrupl  
 conscientia defie-  
 ctua.  
 Primo.  
 Secōdo  
 Tertio.  
 Bernardus.  
 Vulnere xpi  
 purgat conscientia  
 perturbatā.  
 Tertio.  
 Bernardus.  
 Vulnere xpi  
 purgat conscientia  
 perturbatā.





Quero

eſt chaneus qui interpretatur poſſeſſor vel negocia- tor: ⁊ ſignat auarum ⁊ cupidum: qui per diuerſas negocia- tiones poſſeſſiones acquirūt ⁊ auget. Unde Auguſtī- nus de domini verbis: ſermone. 25. Que eſt illa auidi- tas concupiſcentie: cum ⁊ ipſa habet belue modū. Tūc enim rapiunt quando eſuriunt: parcunt vero prede cū ſenſerint ſaturitatem: inſatiabilis eſt ſola auaritia diuitum: ſemper rapit ⁊ nunqđ ſatiat: nec deū timet: nec ho- minē reuerēt: nec patri parcat: nec matrez recognoſcit: nec fratri obtēperat: nec amico fidē preſtat: viduaz op- primit: ⁊ pupillum inuadit: liberos in ſeruitiū reuocat: teſtimoniū falſum proferit: res mortui negter occupat. Et que eſt iſta inſania. Animarū amittere vitā: appetere morte: acq̄rere aurum: ⁊ perdere celuz. Iſte chaneus vincendus eſt per donum pietatis: que monet ad dandū pauperib⁹ ppter deū. Narrat Jul⁹ ſext⁹ Stra- togematon. lib. 4. ca. 4. qđ cū Emilius paulus cōſul ro- manus in lucanis iuxta litus anguſto itinere exercitus duceret. ⁊ tharentini ei claſſe inſidiātes agmen ei⁹ ſcor- pionibus eſſent aggreſſi: captiuis latera euntū p̄texit: quozū reſpectu hoſtes imbucere tela. Sic moralr diuites ſi tela demonū vel vitiōes diuinas euadere velint: ponāt iuxta latera ſua pauperes elemoſynas largiēdo: ⁊ circūdēt latera ſua pauperib⁹: ppter quos de⁹ frequē- ter p̄cit ab vlc̄ſcēdo: ⁊ demones ceſſant a nocendo. Et taliter vincēt dabit illud in futuro qđ p̄mittit Apo. 22. Qui vicerit poſſidebit hec: ⁊ ero illi deus ⁊ ipſe mi- hi filius. C Sextus eſt Jebuſeus qui interpretat̄ pre- ſepe: ⁊ ſignificat gulam: que ſuadet hoī ſemper ſtare ad p̄ſepe ſicut aſinus vel iumentū. Et iſte vinci debet per donū ſcientie: qua ſciamus viuere temperate. Juxta il- lud Aplī ad phil. 4. Scio abundare ⁊ penurias pati. Et ſic vincēt dabit qđ p̄mittit Apoca. 9. Vincti da- bo edere de ligno vite. Ad l̄ſam. Temperātia etiā pre- ſentem vitā plongat. Eccli. 37. Qui abſtinens eſt ady- ciet vitam. Et per oppoſitū gula in morbiū ⁊ in morte inducit. Eccli. 31. Vigilia ⁊ colera ⁊ tortura viro infru- nito. Ad l̄ſas. Exceſſus gule cauſat defectū ſuauis ſom- ni ⁊ choleram ⁊ fomidicam paſſionē: torturam. i. toſio- nes ventris. Et hec omnia facit gula viro infrunito. Di- citur autē infrunit⁹ quaſi ſine frumine. i. ſine ſapore. Eſt enim frumē illa pars gutturis que ſaporē ſentit. Eulo- ſus autē morſellos deglutit ſine ſapore ad modum lupi deuorādo. Vel dicit̄ infrunitus quaſi ſine fruno: qđ eſt conſectio qua coria frumunt. Vel dicit̄ a frenēſi vel a fronte vel a freno. Verſus. Srons frenēſis frumē fru- nia frena dabis. C Septim⁹ eſt phereſeus qui inter- pretatur diſſeminans terram. Et ſignificat lubricum ⁊ illecebris datus: qui illicite ſeminat ſemen ſuū ⁊ metit momentaneā delectationē ⁊ in fine penā eternam. Ad Gal. 6. Qui ſeminat in carne de carne ⁊ metet corrup- tionem. Iſte vincendus eſt per ſapientiam: id eſt per ſapores celeſtiū: quib⁹ guſtatis ceſſat omnis delectatio carnalis. Et qui ſic vicerit promiſſionē conſequēt que ponitur Apoca. 3. Qui vicerit hic veſtietur veſtimentis albis. De ſunt turbe ſeptem quas vincere nos oportet. Eſt enim de chriſto ſicut de Marco furio camillo. De quo narrat ſextus Julius Stratogeta. li. 7. cap. 3. Iſte iturus ad bellum in exercitu p̄clamare fecit ſe nō rece- pturum quēqđ in caſtra niſi victorē: reductiſqđ militi- bus in aciem victoria potitus eſt. Iſto modo chriſt⁹ nul- lum recipit in celuz in die iudicij niſi fuerit pius victor. Et ideo has ſeptem promiſſiones facit ſub ſola condi- tione victorie: propter qđ dicitur Eſaie. 9. Letabūtur coram te: ſicut qui letantur in meſſe: ſicut exultant vi-

Auguſtinus

Auaritia vinceda e p do nū pietatis. Jul⁹ ſext⁹.

Doralk.

Gula vinceda e p do nū ſcie nūe.

Infrunitus qđ dicit.

ſerſus

Luxuria vinceda e p do nū ſapientie

Jul⁹ ſext⁹

ctores capta preda quando diuidunt spolia.

Lectio.

CCIII.

**S**i veste enis poderis quam habebat totus erat orbis terrarum et parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta: et magnificentia tua in dyademate capitis illius erat scripta. His autem cessit qui exterminabat: et hec extimuit. Erat enim sola tepratio ire sufficiens.



**R**estquam declaratus est qualiter sumus potifex aaron diuinam placavit offensam: et angelum occidentem populum per incendium cessare fecit: plagam per deuotam supplicationem et per diuini federis allegationem. In ista parte prosequitur quomodo ad eundem effectum comodius exequendum adiunxit sacrarum vestium representationem. Fuit enim indutus pontificalibus vestibus que mysterijs plene erat.

Et circa hoc duo facit.

**N**am primo describit sacerdotalem ornatum uenientiam. Secundo ostendit quamquam ipsi aaron sic ornato prestitit angelus reuerentiam. ibi. (His autem cessit.) In describendo autem ornatum sacerdotalem non enumerat omnes vestes: de quibus Exo. 28. agitur: sed tria tria ornamenta describit: in quibus omnia alia intelligi uoluit. Sunt autem ista tunica hyacinthina rationale: et lamina aurea que pendeat in fronte. In hoc autem ornatu triplici erat.

Representatio orbis terrarum.

Comemoratio paterne nobilitatis.

Et declaratio diuine maiestatis. Dicit ergo sic. (In veste poderis.) Est autem poderis tunica talaris: et dicitur a pos podis grece quod est pes latine: quia erat tunica hyacinthina usque ad pedes descendens. Unde dicitur poderis quasi pedibus inherens. Erat autem de duabus incisionibus facta: costueta super humeros et per latera in modum dalmatice facta: manicas eiusdem coloris habuit: caputium habens non ex transuerso super scapulas: sed longam sectionem habebat ista vestis a pectore usque ad medias scapulas cui aperture ne turpiter appareret ante et retro: assuta erat yitta: que super scapulas hinc inde uasculis constringebatur. Habebat autem hec solennis tunica pontificalis pro symbijs. 72. tintinnabula aurea quibus erant imixta totidem uascula quasi mala punica ex hyacintho et purpura et cocco bis tincto: ita ut post tintinnabulum esset malogranatum quasi inter scalari modo positum: ut audiretur sonus quando ingrediebatur sacerdos sanctuarium. de hac igitur veste pontificali dicitur hic. (In veste enim poderis.) Et est constructio transitiva (quam habebat totus orbis terrarum) stat autem hic poderis non solum pro tunica iam descripta: imo pro toto ornamento sacerdotali: per quod sunt diuersas partes totus orbis terrarum mystice significabatur. (Ubi notandum quod sicut dicit magister in hystorijs. Exo. 28. Quatuor erant vestes tam minoribus sacerdotibus: quos communes vocabant: quibus principis sacerdotum: quem Arabarchum appellabant communes: et alie quatuor erant: quibus solus Arabarchus super illis quatuor utebatur. Quatuor prime erant feminalia: camisia talaris: et balthus latus ad quantitatem quatuor digitorum intextus floribus coccineis: purpureis: hyacinthinis: et thysara. Quatuor uero pontificales vestes quibus sumus sacerdos induebatur fuerunt iste. Poderis

de qua superius dictum est. Superhumeralis quod habuit formam quadranguli in pectore et duos lapides onychinos super utrumque humerum. In uno erant scripta provincialibus litteris sex nomina filiorum israel: et in alio alia sex. Rationale fuit tertium ornamentum et quadrangulum iuxta mensuram aperture in superhumerali ex quatuor coloribus: scilicet bysso et purpura: hyacintho cocco bis tincto et auro contextus: sicut et superhumeralis. Et erat in eo duodecim lapides auro firmiter inclusi per quatuor ordines tres in singulis ordinibus. In primo ordine sardius: topacius: et smaragdus. In secundo carbunculus: saphyrus: et iaspis. In tertio ligurius achates: et ametistus. In quarto chrysolitus onychinus: et beryllus. In quibus erant scripta nomina duodecim filiorum israel iuxta ordinem natiuitatis sue singula in singulis. Quartum ornamentum sacerdotis summi erat capitis: quod communiter thysara: mitra uel infula dicitur. sed specialius cydaris: et erat interius totaliter hyacinthina que circudabatur exterius auro circulo tribus ordinibus facta: cuius summitas in acutissimum cacumen tendebat: super frontem tendebat lamina aurea ad modum dimidie lune facta: que arcuationes suam habuit versus sursum: et per anulum aureum ynicum non inferebatur qui thysare affixus erat. In hac lamina sculptum erat Aioth Adonay id est magni nomen domini. scilicet tetragramaton: quod ineffabile dicitur: non quia dici non possit: sed quia rem ineffabilem significat: quod bis litteris scribitur. Dec. Joth. heth. uau. que sonant principium vite passionis iste: quod est dictum. per passionem illius quem prefiguratur iste sacerdos renunciauit uitam in Adam perditam. Isti sunt ornamenta summi sacerdotis. De quibus nota magistrum in hystorijs super Exo. 28. pulchre et diffuse. Quando ergo dicitur. (In veste poderis) stat poderis pro totali ornamento sacerdotis: et in istis figurabatur totus orbis terrarum. Nam feminalia et camisia linea: quia de lino erant: figurabant terram. Balthus oceanum. Tunica uero hyacinthina ipso colore suo acriem prefebat. Tintinnabula ratione sui sonitus tonitruum. Malogranata choruscationes. Epboth uero uel superhumeralis propter uarietatem suorum colorum celum siderum figurabat. quod uero aurum quatuor alijs coloribus intextum erat: significat quod calor vitalis penetrat uniuersa. Duo sardius ces solem et lunam significabant. Duodecim gemme pectorales duodecim signa in zodiaco ostendebant. Rationale quod erat in pectore significabat: quod terrena adherent celestibus: et quod ratione cuncta sunt plena. Cydaris celum est empyreum. Lamina superposita: deum omnibus presidentem. Sic ergo patet sensus litteralis huius textus: in quo sic dicitur. (In veste poderis quam habebat totus erat orbis terrarum) secundum Iosephum et iudeos. Secundum ornamentum quod specificatur hic in littera est rationale siue logyon: siue pectorale in quo erant firmi eum quatuor ordines duodecim gemme in quibus sculpta fuerunt duodecim nomina filiorum israel: ut superius dictum fuit: et quantum ad hoc dicit. (Et parentum) scilicet duodecim patriarcharum filiorum Jacob (magnalia) id est magni aliquod signantia (sculpta erant in quatuor ordinibus lapidum) id est gemmarum. Tertium ornamentum quod specificatur hic in littera est cydaris pontificalis que a sui parte uocatur uidelicet a lamina: que pendet in fronte pontificis. Unde dicit sic. (Et magnificentia tua) id est magnificum et ineffabile nomen tuum erat scriptum (in dyademate capitis illius) id est lamina aurea ad modum dimidie lune corniculata que pendeat in

Primo.

Explic.

Quare non  
dicit tetragra-  
maton ineffa-  
bile dicit

Bestimeta  
cerdotalia to-  
tu orbis terra-  
ru significat  
bant.

2  
Hestes sacer-  
dotalis he-  
breor.

fronte pontificis: et dyademati. i. cydari vel mitre fuit inserta. Et sic stat totum pro parte. Consequenter ostendit quantum reuerentiam fecit angelus Aaron: sic induto ubi dicit. (Vis autem cessit. Vis autem) .i. que scribebantur et figurabatur per sacerdotis vestes (cessit) angelus siue bonus siue malus (qui exterminauit) populum: et insuper (hec extimuit) non timore qui est passio: sed timore qui est reuerentie exhibitio. Sed cum fuerit angelus bonus inconueniens erat quod istis cederet et ad horum representationem punire cessaret (Enim pro quia: quod erat sola tentatio ire sufficiens) .i. timor quem habuit populus dei iuxta dei vindictam quando videbat tantam multitudinem subito conflagratam sufficiens erat ad deletionem sceleris sui. Sunt autem quidam faciles correptionis: quibus sufficit verbum corripientis. Quidam autem non sic se habent: sed post verba oportet addere verbera. Proverb. 23. Seruus verbum erudiri non potest: imo sicut legitur Eccli. 33. In opera constitue eum: sic enim comodecet illum: quod si non obaudierit curauit illum compe-dibus. Nota moraliter quod persona ecclesiastica quilibet debet indui isto triplici ornamento.

**P**odere. Poderis in corpore.  
**R**ationali. Ut sit Rationale in pectore.  
**D**yademate. Dyadema in capite.  
**P**oderis significat continentiam castitatis.  
**R**ationale scientiam veritatis.  
**D**yadema eminentiam sanctitatem.  
**P**rimum ergo vestimentum quo debet se vestire persona ecclesiastica est poderis continentie: ut totum corpus a motibus lasciuie: petulantie et insolentie compe-scat: et hec merito vocatur talaris. Singunt poete ut patet in scintillario poetarum quod mater Achillis achillem natum tinxit in aquis stigys. i. in aquis cuiusdam fluminis infernalis quantum ad corpus totum excepto talo: et ideo Achilles inuulnerabilis fuit per totum corpus nisi duntaxat in talo. Lum ergo captus amore Poly-sene in templo eam corrumpere statuisset a paride in talo percussus occubuit. Et quia paris sub simulacro appollinis latuit in templo absconditus fingit appollinez telum paridis direxisse in talum achillis et mortuus est. Istius poesis sensus litteralis est iste. Uene que sunt in talo ad renem et femorum atque virilium pertinent rationem. Unde Ophheus principalem locum libidinis dixit esse in talo. Achilles est homo perfectus quem mater virtus intinxit in aquis stigys: quia virtus contra omnes labores homines minuit: solum talum non tinxit: quia quantumcumque homo per humanam virtutem fuerit munus semper ad libidinis iccus patet nisi per diuinam gratiam preseruetur. et ideo signanter dicit Salomon Sapien. 8. Sciui quia aliter non possum esse continens nisi deus det: et ideo hec spes iustitie generalis siue virtus que est continentia est a deo continue postulanda: et sic solummodo haberi potest: iuxta illud Eccli. 7. Si seruaris iustitiam: que est continentia qua corpus recte agitur: apprehendes illam et indues illam quasi poderem honoris. Vocatur etiam talaris continentia: quia usque ad finem vite continuari debet. y. Regu. 11. Thamar erat induta huiusmodi talari tunica. Silie autem regum virginis huiusmodi tunica vtebatur. **S**ecundum ornamentum persone ecclesiastice debet esse rationale scientie. In isto rationali scribebatur doctrina et veritas. Nec enim debet esse principalis intentio clerici ut possit vera addiscere et vera docere. In collationibus patrum lib. x. capitulo. 29. dicitur sic. Dixit abbas palladius quod animam secundum christi voluntatem conuersam

tem oportet aut discere fideliter que nescit: aut docere manifeste que nouit. Si autem vtriusque possit et non vult: insanie morbo laborat. Initium enim recedendi a deo fastidium est doctrine: et cum non appetit id quod aia semper esurit que diligit deum. De isto ornamento dicitur Eccli. 21. Ornamentum aureum pudet doctrina. **T**ertium ornamentum quo se debet induere persona ecclesiastica est dyadema capitis. Est enim dyadema in signe regale per quod discernitur rex ab alijs. Sicut certe charitas sola diuidit inter filios regni et peditiois secundum Augustinum. Unde Vester. 6. dicitur in figura. Homo quem rex honorare cupit debet indui vestibus regis: et imponi equo qui de sella regis est accipere regium dyadema super caput eius. Vestes enim regis nostri christi sunt virtutes: quas et philosophus vocat habitus. Equus de sella regis fuit crux: et dyadema regis charitas. Et ideo per hec tria honorabiles nos faciemus apud deum et apud homines: videlicet virtutibus penitentia et charitate.

Capitulum XIX. Lectio. CCV.



**I**shuys autem usque in nouissimum sine misericordia ira supuenit: presciebat enim et futura eorum: quonia cum ipsi reuersi essent et permisissent ut se educerent: et cum magna sollicitudine permisissent illos consequeretur illos actus penitentie. Adhuc enim inter manus habentes luctum et deplorantes ad monumenta mortuorum: aliam sibi assumpserunt cogitationem inscientie: et quos rogantes peccerant: hos tanquam fugiuos persequerentur.

**P**ostquam auctor comedauit dei sapientiam iuste omnia gubernante a mirabili exterminatione primogenitorum in egypto. In hoc ultimo capitulo comedat eandem a terribili submersioe egyptiorum in mari rubro. **E**t circa hoc duo facta. **N**am primo agit de terribili exterminio in mari rubro. **2**o de multiplici patrocinio hebreorum in deserto. **3**o pro ibi. (Vis enim creatura.) Et de istis duobus agit alternatim nunc de patrocinio collato hebreis: nunc de exterminio illato egyptijs usque ad finem libri. **E**t circa hoc duo sunt. **N**am primo agitur de peccantium graui malitia. **S**ecundo de pene eorum conuenienti iustitia. ibi. (Ducebat enim illos.) **C**irca primum tria narrat. **P**rimo quo iusti et impij a deo diuersimode puniebantur. **S**ecundo quomodo malorum scelera presentia et futura a deo non abscondebantur. **T**ertio plegi quod rationabiliter submergi merebantur. **2**o ibi (presciebat enim) **3**o ibi (Quia cum ipsi.) Dicit ergo primo sic. (Impij autem etc.) q. d. Hebrei rebelles et murmurantes dominum occisi sunt. pro parte ignis incenduntur: sed non totaliter desunt in populo ignis ille: quod sedatur fuit pro potestatis supplicatis remedium. Sed certe impij. i. egyptijs psequerentibus hebreos infra mare rubrum absque remedio (usque in nouissimum sine misericordia ira supuenit. Ita) .i. videlicet iusta supposita sunt: quod usque ad mortem vel (usque in nouissimum) .i. quibus: quod nullo de illa submersioe liberat. hec ira supuenit a deo tanquam podus quod sustinere non possent. **R**atio autem huiusmodi varietatis iustorum et impiorum subiugit: quod dominus presciebat quod ipsi hebrei peniterent et se corrigerent. et ideo parcius est eis. Presciebat autem quod egyptij perdurarent finali obstinatio. et ideo permittentibus correctionem pepercit: et propter obstinaciam exterminatione finali percussit. Et hoc est

Secundo  
 Quilibet pro  
 na ecclesiast  
 ca moralit  
 idui tripl  
 elvestimeto.  
 primum.  
 fabula.  
 Moraliter.  
 Loc. libidinis  
 est in talo  
 principaliter  
 Secundum.  
 Quod dicitur  
 quod ignorat et  
 docere quod scit

D Tertium.

Augustinus

amplius  
 et non est  
 ordo. totus  
 ius

3  
 omne autem

Expolite

causae

quod dicit. (Præciebat enim futura illorum). i. scelera illorum futura si permitti fuissent. Deinde cum dicit. (Cum ipsi permittissent.) Declarat quod rationabiliter meruerunt submergi propter malitiam que dupliciter patuit in exitu israel de egypto. Nam cum vidissent egyptum de cimum plagam qua fuerunt occisi primogeniti: ascenderunt et permiserunt quod filii israel intrarent desertum ad sacrificandum deo suo. imo compellebant eos exire: sicut patet Exo. 33. et tamen hoc non obstantem statim displicuit eis quod eos permittissent recedere: et tanquam fugitivos persequerentur. Dec ergo falsitas et inconstantia in proposito suo aggravat malitiam eorum. Ita quod ita recenter cum adhuc erant occupati circa luctum et sepulturam suorum mortuorum: redierunt ad exercendam malitiam et iniuriam in hebreos: et persequendo: volentes eos reuocare: satis ostendit eorum malitiam indurata fuisse et eos de bene actis non de culpis penitere. Et ideo eos submersio mirabili dignos esse dicit. Igitur verum est quod deus presciuit eos finaliter fore malos: quod ex hoc satis patuit: quoniam cum ipsi egyptum reuersi essent ad eorum cognitionem aliqualem quod permittissent licentiam hebreos (ut seducerent). i. de egypto vel (ut seducerent). i. seorsum ducerent egyptum hebreos inter montes et mare rubrum: et cum magna sollicitudine remississent illos). i. hebreos: conseruabat illos (actus penitentiae) ipsi. i. egyptus penitentibus de bono per eos facto hebreis. Istis malis egyptus de bono opere penitentibus similes sunt nonnulli religiosi mali: qui de statu professionis penitent: ad quem perpetuo sunt obligati. Contra quos Esaias. 50. dicit. Ego autem non contradico retrosum non abij. Et ecce quod fatue fecerunt egyptum (ad hoc in manu luctus habentes). i. materiam luctus. i. funera suorum (et deplorantes). i. valde plorantes (ad monumenta mortuorum: aliam sibi assumptam cogitationem insipientie). i. qua facti sunt insipientes et fatui (et quos peccerant). i. eiecerant de egypto (hos tanquam fugitivos persequerentur) Exo. 13. Indurauit dominus cor pharaonis regis egypti et persecutus est filios israel. Circa illam clausulam. (In nouissimo ira dei superuenit.) Notandum est quod ira dei que nihil aliud est quam iusta dei vindicta secundum Augustinum de ciuitate dei. lib. 5. cap. 25. quatuor habet conditiones propter quas merito debet formidari. Ira enim dei.

**C** Non declinatur virium potestate.

**C** Non debilitatur temporis tarditate.

**C** In plures excitatur vniuersi prauitate.

**C** Nullatenus mitigatur sine humilitate.

**C** Prima ergo conditio ire dei est. quod non declinatur virium potestate. Ab ira enim hominis potest aliquid se fortassis abscondere vel subterfugere vel resistere: sed ira dei nec loco metitur: nec finit tempore: nec virtute defendit. Nam. i. cap. Quis stabit ante faciem indignationis eius: et quis resistet ire furoris eius: Et ps. 89. Quis no. po. fre. t. et p. ti. t. i. t. di. quasi diceret. nemo. Probat Boetius. primo de cons. metro. 4. quod sapiens non habet timere iram cuiuscumque tyranni quantumcumque seuiat contra eum. Sapiens enim est facere iram ipsius inermem: quod si sapiens nihil timeat perdere quod tyrannus potest auferre: nec aliquid potest ab eo recipere quod tyrannus potest ei conferre: reddit iram tyranni totaliter impotentem: et prout eas totaliter armis suis. Unde dicit sic. Quisquis composito serenus evo et. Et infra. Quid tamen miserum seuos tyrannos Mirant sine viribus furentes: nec speres aliquid: nec pertimescas. Examaueris impotentis iram. Aut quisquis trepidus paueat vel optat: quod non sit stabilis suisque iuris. Abiecit clypeum: locoque motus. Nectit qua valeat trabi catenam.

Quicumque homo sic huius vite appetit imoderate bonos res et diuitias vel abhorret pusillanimitate aduersitates fortune: talis de suis passionibus et affectionibus facit: catenam qua hac et illac per amorem vel iram alteri trahi possit. Modo si loquamur de deo non possumus eius facere sic impotentem: non appetendo quod potest conferre: nec pertimescendo quod potest inferre. Nam beatitudines quam potest conferre naturaliter omnes appetimus et miseriam quam potest inferre naturaliter abhorremus. Omnes enim homines beati esse volunt: idque vniuersum ardentissimo amore appetunt. Sicut docet Augustinus. de trinitate. cap. 15. Et alibi dicit. quod nullo modo possumus velle miseri esse: ergo non restat nobis aliud nisi diuinam voluntatem explorare: ex quo naturaliter appetimus quod sine eo habere nequimus.

**C** Secunda conditio ire dei est quod non debilitatur temporis tarditate. Unde Valerius lib. primo. ca. 11. Lento enim gradu ad vindictam sui: dei ira procedit: et tarditatem supplicij grauitate compensat. Ecclesi. 16. In gente incredula exardescet ira. Fertur de quadam ciuitate: que bello laessita misit ad quendam principem pro succursu habendo: et vniuersi illi de ciuitate eius animi citius inclinarent: exponunt sibi fortitudinem ciuitatis in muris et turribus: et fossatis quibus ille pro seipso remisit. Est ne inquit vestra ciuitas superius cooperta: ita quod ira dei super ipsam descendere nequeat. Quod si est libenter veniam et defendam vos. Sin autem contra iram dei propter peccata vestra pugnare non audeo. In quadam etiam patria in anglia que Northfolthia nominatur: dicitur contigisse: quod blada in estate pulcherrima creuerant: et ecce appropinquante tempore messium venit quoddam genus muscarum in tanta multitudine quod totum bladum in tantum consumplerent quod vix in quinque miliarium spacio vniuersum modum inueniretur: homines de illa patria quosdam de illis muscis ceperunt et diligenter inspicientes quales essent: quia nunquam prius consimiles viderant: inuenirent eas habere litteras depictas in alis suis: in vna ala scribebatur ira: in alia dei: ut manifestum esset propter demerita populi vindictam diuinam fuisse. Iuxta illud Dier. xy. Seminauerunt triticum et messuerunt spinas: hereditatem acceperunt et eis non pderit. Confundemini a fructibus vestris propter iram furoris domini. Tertia conditio ire dei est: quod in plures excitatur ob vniuersi prauitatem. Nam propter vniuersi persone malitiam flagellat deus aliquando vnam magnam multitudinem. Exemplum. Exod. 21. vbi dicitur quod tota domus Abimelech sterilis facta fuit propter demeritum Abimelech: et totus populus israel propter peccatum Achor punitus fuit. Unde dicitur ibi. Non poteris stare contra inimicos tuos: donec deleatur ex te qui contaminatus est hoc scelere. dicit dominus ad Josue. Josue. 7. Propter quod legimus pro binee dixisse cuidam parti filiorum israel. Josue. 22. Vos hodie dominum reliquistis: et cras in vniuersum israel ira eius descendet. Nonne Achor filius Zare preterit mandatum domini et super omnem populum israel ira eius incubuit: Dominus enim aliquando punit vnum hominem pro peccato alterius temporaliter sed eternaliter non. Quarta conditio ire dei est: quod non mitigatur nisi per humilitatem. Natura enim leonis est non irasci nisi ledatur. Prostratis enim hominibus parcere dicitur. Iuxta illud poeticum. Parcere prostratis scit nobilis ira leonis. Eodem modo christus non irascitur nisi lesus. Unde Esaias. 64. Ne irascaris domine satis: et ne ultra memineris iniquitatum nostrarum. Unde nota. quod quantumcumque deum offenderis si te humiliaueris placabis eum. Paral. xy. Quia humiliati sunt: uersa est ira dei ab eis.

Augustinus

Augustinus  
Ira dei habet  
quorundam  
nec.

Prima conditio

Augustinus

Boetius.

Augustinus

C  
2<sup>a</sup> conditio  
Valerius.

Exemplum

Exemplum

3<sup>a</sup> conditio4<sup>a</sup> conditio

Ecclesi.



Lectio CCVI.

Ducebat enim illos ad hunc finem digna necessitas: et horum que acciderant commemoratione amittebant: ut que deerant tormentis repleret punitionis et populus quidem tuus mirabiliter transfret. Illi autem novam mortem inuenirent.



Postquam declaratum est quod egypti persequentes filios israel vetebant contra eos vehementi malicia. In ista parte ostenditur consequenter quod statim postea submerfi fuerunt ex puenienti diuina iusticia.

Et primo tangit eorum pena.

Secundo ipsius pene finalis causa ibi. (Ut que deerat). Ex parte pene dicitur sic. (Ducebat enim illos) id est egyptios et persecutores filiorum israel (ad hunc finem) id est ut periclitarentur in mari rubro: (digna necessitas) id est exigentia culpe que tale mortem meruit. Nam omnium plagarum precedentium que eis acciderat: oblitum fuerunt ex eorum pertinaci malicia. Et ideo dicitur. (Et horum que acciderat commemorationem amittebant). Causa vero finalis tangit in genere cum dicitur. (Que deerat tormentis repleret punitionis) id est quod deerat plagis quas enaserat: repleret id est perfecte consummaret punitionis usque ad mortem. Sed in specie ipsa causa finalis magis exprimitur: quia scilicet egypti submersi sunt in mari rubro. Cuius submersio duplex est ratio. Una fuit ut populus dei transfret magis mirabiliter. Alia ut egypti inuisitata morte perirent miserabiliter. Preterea enim magis miramur filios israel impune transfret: cedente illis mari: quod etiam videmus egyptios submersos fuisse: mari super eos denuo redeunte: et hoc est quod dicitur. (Et populus quidem mirabiliter transfret) id est per siccum in medio maris. (Illi autem) id est egypti (nouam mortem inuenirent). Nec mors dicitur noua fuisse: non quia multi homines ante submersi non fuissent: sed propter modum submergendi: quia nutu diuino recipit eos omnes mare: stans ab utraque parte sicut murus. Et cum omnes submersi fuissent: et filii israel iam littoza attigissent: diuisit mare in alueum suum et omnes egyptios concludit. Moraliter loquedo sic frequenter accidit quod illud quod est materia promotionis in principio est causa confusionis in termino. (Mundus quicquid dedit homini in principio fatiende sibi et dando sibi diuitias et honores donec fuerit perfecte implicatus curis et sollicitudinibus et superbia seculari: et tunc quicquid credit se esse in optimo statu et apice sue dignitatis commouet perturbationes et perfections deiciendo eum ut in psalmo 72. dicitur. Deiecisti eos dum allenarentur). Circa illas clausulas. (Ducebat enim illos digna necessitas ad hunc finem). Notandum est quod quatuor modis committere homines male ducuntur.

- Quidam enim abducuntur illecebrosa sensualitate.
  - Quidam perniciose familiaritate.
  - Quidam presumptuose temeritate.
  - Quidam maliciose seueritate.
- Primo ducuntur quidam illecebrosa sensualitate. Di sunt quod non secundum rationem: sed secundum passionem viuunt: qui non quod honestum: sed quod est delectabile in omnibus querunt. Sic ductus est iuuenis ille vecors quez mulier irretiuuit multis sermonibus et blandicijs labioz praxit illi: et statim illa sequit quasi bos ductus ad viciniam. Proverb. 7. Narrat fulgentius id est mirtologi. quod cum Admetus rex Alcestam duxerit in uxorem contigit admetum infirmari. consuluit Appollinem quomodo posset ab infirmitate curari: responsum est per Appollinem quod curari non

posset nisi aliquis de suis propinquis pro eo moreretur voluntarie. Quo intellectu Alcesta morte sponte subijt: et ad inferna descendit. Quo cum Hercules uenisset: ut inde cerberum traheret. Alceste compatiens eam ab inferis liberauit. Moraliter mens humana et sensualitas adinuicem copulantur: sicut sponsus et sponsa: uir et uxor. uir infirmatur quoniam cogitationibus varijs agitatur. clamat ad deum cum psalmo 6. Miserere mei domine: quoniam infirmus sum sana me domine: quia sic orare debemus quoniam mens infirmatur. et temptatur. hoc est deum sapientie per consilio requirere. Respondet autem deus per scripturas suas quod oportet quod ad hoc quod spiritus sanctus conseruetur salutem unum de propinquis suis voluntariam mortem subire. id est carne nostra uoluntarijs penitentijs mortificari: quia nisi caro moriatur spiritus uitam gratie non habebit. Et hoc est quod dicitur ad romanos 5. Si secundum carnem uixeritis moriemini. Si autem facta carnis mortificaueritis uiuetis. Caro mortificata per penam rationabile: tandem descendit ad inferos quoniam in terra de qua natus est finaliter reuertetur: sed per Hercules uirtuosus per quem christum accipimus in resurrectione generali resuscitabitur: et uiro suo perpetuo iungetur. Caro igitur in hac uita ductrix nostra esse non debet ut secundum sensuales illecebras ducamur: sed magis secundum spiritum duci debeamus ad galatas 5. Spiritu ambulate: et desideria carnis non proficietis. Et iherosolimitanus. Si spiritu ducimini: non estis sub lege. uis carnalis concupiscentie que lex carnis dicitur. Ad romanos 7. Uideo aliam legem in membris meis repugnantez legis metis mee. Secundo sunt quidam quod ducuntur perniciose familiaritate. Perniciose res est nimia familiaritas cum personis uitiosis. Et ratio est: quia sicut dicitur Vgo de sancto uictorio libro suo de arra anime. Ea est uis amoris ut te talem esse necesse sit quale sit illud quod amas: et cui per affectum coniungitur in ipsius similitudine dilectionis societate conformeris. Nec mirum cum secundum Dionysium 4. capitulo de diuinis nominibus amoribus hanc quandam uim excitatiuam: unitiuam: et transformatiuam que non dimittit amatores suis ipsi esse: sed amatoz. Et a conditionibus illis que amat potest homo uerissime describi si eius conditiones cognoscatur. Unum signanter scribit Valerius ad Rufinum. Ethicum est uideto cui des. quod dicitur quod homo uideat cui dat bona sua. Illud bene est ethicum id est uirtutes morales pertinens: sicut quedam pars eius pertinet ad uirtute liberalitatis: sed uideat cum homo det seipsum per amorem et familiaritatem seu amicabilem communicationem: et hoc non est ethicum: quasi pars ethice: sed ethica id est tota uirtus moralis. Istud ergo uerbum est summe iuuenibus imprimendum. Unum quidam senex filium suum in formam: ne familiaritate eius uitioso contraheret matrice sibi dixit. Talem quemque foze: qualem sibi nectit amore. Sermo ueridicus ait: ipse fit alter amicus. Duic dicto alludens Aristoteles 9. ethico. cap. xi. dicitur: quod amicus est alter ipse. Diuis enim mores uenerare: cuius amorem appetit. Unum quidam metrista. Quisquis amat reprobum reprobus se facit amicum. Se negat esse probum: se facto clamat iniquum. Item. Qui tangit picez tingit se turpi colore. Sic tibi sume uicem quod flagras turpis amore. Et sequenter explanat senex que uocat turpem et dicit sic. Turpem tetra cutis nullus faciet nominari. Sed membris pollutis factis cupiens maculari. Et in fine alloquens filium sic concludit. Ergo caue fili turpatos crimie uili. Ne tu similibi turpis sine senili. Notandum quod Aristoteles 9. ethico. soluuit tres notabiles quoniam ad propositum pertinentes. Prima est ista. Ponamus quod aliquis acceptet ad amicitiam uirum bonum et postea mutatur et fit malus: questio est: utrum amicitia ad talem sit dissoluenda. Secunda questio est ista: dato quod sic: utrum statim amicitia ad talem sit soluenda: uel debeat homo

Moraliter,

Familiaritas cum uitiosis est perniciosa

Secundo

Vgo

Dionysius,

Valerius,

Hervus

Aristoteles,

Hervus

Aristoteles. Triplex quod amicitia. Prima quod

Secunda quod

Expolfe,

Moraliter,

Ha promouitio est causa confusionis,

Primo,

Quatuor modis homines male ducuntur

Fulgentius

Fabula

**Tertia, q.** expectare. **Tertia** questio est: vtrum ad tale post dissolutione amicitie se debeat habere alienus vel infamilia- rius q̄ si nunq̄ fuisset amicus. **Ad** primam questionem respondet **Aristo.** dicens duo. Unum est q̄ impossibile est q̄ talis ametur a virtuoso: cuius malicia est manifesta virtuoso: q̄ solū bonū honestum amatur a virtuoso. Secūdo dicit q̄ vir honestus nō debet amare talem: sed oīno debet dissoluere amicitiam ad talem. **Et** ratio est: quia non est possibile q̄ diu seruetur amicitia ad talem nisi causetur aliqua similitudo malitie. **Ad** secundam questionem distinguit: quia talis qui factus est malus: vel est omnino insanabilis. s. q̄ non potest reduci ad statum virtutis. vel non. Si non: sic non debet statim dimittere amicum suū: sed auxiliare ad hoc q̄ recuperet bonos timores: et mltō magis debet amicus eū ad hoc iuuare q̄ ad recuperandum diuitias vel pecuniā: quia virtus est magis bonum q̄ substantia corporalis. Si vero sit omnino insanabilis: sicut sunt inueterati dierum malorum: statim debet amicitia ad eum dissolui. Nec est inconueniens hoc facere: quia nō erat amicus huic vel tali. s. vitioso: sed virtuoso. **Et** ideo dicit **Aristo.** in eodem capitulo. q̄ illi qui simulant se virtuosos vt amicitiam contrahant cum virtuosis: et tamen sunt latenter mali: sunt magis criminandi q̄ illi qui corumpunt numismata: quia nobilior est virtus q̄ pecunia. Unde qui simulant virtutes: maligniores sunt q̄ qui fugunt falsam monetam. **Ad** tertiam questionem respondet: quia aut fit dissolutio amicitie propter minorem bonitatem in amico: aut propter abundantem maliciam. Si secundo modo nihil debet homo familiariter exhibere tali magis q̄ cuiusq̄ extraneo: immo ratio- nabile est: q̄ minus pro quanto eum decepit et veracundam fecit. Verendum enim est virtuoso amicū fuisse vitioso. Si primo modo fiat amicitie dissolutio: sicut contingit de duobus: quorum vnus stat in gradu remisso virtutis: et alius proficit in gradum intentum: tunc enim nō est possibile q̄ proficiens seruet amicitia ad nō proficiētē s̄m **Arist.** q̄ nō de eisdē gaudēt et tristant: qd est propriū amicorum. Tunc in tali casu hō debet se exhibere magis beniuolū ppter p̄teritā amicitia q̄ si nūq̄ fuisset amicus. Illi vō qui insanabiles oīno sunt: abiciēdi sunt oīno a cōicatione virtuosorum: quantum possibile est. Nec curādū est: si homo eis displiceat vel offēdat cū virtuoso semp debeat esse p̄p̄iū displicere pessimis. Sicut dicit **Boetius.** i. de conso. p̄sa. 3. Hoc est. n. scdm qd est virtuoso maxie cauendū et vitandū: tam ppter scientia q̄ ppter famam: p̄niciosa familiaritas ad p̄sonas corruptas vel infectas. ppter quā multi innocētes in p̄ncipio corrupti: et abhominabiles facti: sunt in breui ducti et abducti p̄mo a veritate cōscientie: et tandem a serenitate fame sue: quozus cuilibet dici pōt illud **Diere.** 38. Seduxerunt te et p̄ualuerunt aduersum te viri pacifici tui: demerserunt in ceno et in lubrico pedes tuos: et recesserunt a te. De hac materia videlicet de vitanda societate mala: que ducit hominem in vitam viciōsam loquitur **Seneca** ad **Lucillum.** eplā. 18. secundum integros libros. Si vis inquit habere peregrinationes tuas iocundas comitem tuum serua: berebit tibi auaritia q̄ diu auaro sordidoq̄ confunderis: berebit tumor q̄ diu superbo conuersaberis: nunq̄ seuciam in tortoris contubernijs pones: incendunt libidines adulterozum sodalicia. si velis vitis cedere: longe a vitiozum exemplis secedendum est: ad meliores transi. hec **Seneca.** De tali ergo corruptore et p̄verso ductore dicit **Prover.** 16. Vir iniquus lactat amicum suum: et ducit eum per

viam non bonam. **Tertio** quidam ducuntur presumptuosa temeritate quales sunt pleriq̄ inexperti ad huc qui proprio sensui nimis adherent: quia vt dicit **Vegetius** de re militari. lib. 3. Imperita rusticitas plura promittit et credit se scire que nescit: et ideo propter inexperience passio iuuentutis est presumptio: timiditas vero passio senectutis. sicut dicit **Aristote.** i. z. rhetorice. Et de talibus bene verificatur illud. **Matthe.** 15. Leci sunt et duces cecozum. zc. **Quarto** quidam ducuntur maliciosa seueritate. hi sunt potentes et nobiles: qui latera sua stipant maliciofis consiliatoribus: quozum instigationibus ad iniurias varias agitantur: nunc ad pauperum deceptiones et depredationes: nunc ad iniustas perquisitiones: nunc ad iniquas seditiones: per quas publica dissipatur: et pax ciuilibis turbatur: et quod peius est: ecclesia dei pedibus conculcatur. Et verificatur illud **Isaie.** 5. c. Propterea ductus est populus meus captiuus: quia non habuit scientiam: et nobiles eius interierunt fame: et multitudo eius siti exaruit: et est prophetia taz de culpa p̄terita: q̄ de vltione futura.

CCVII.

Lectio.

**Omnis** enim creatura ab initio ad suum genus refigurabatur deseruiens tuis preceptis vt pueri tui custodirentur illesi. Nam nubes eozus castra obumbrabat: et ex aqua que ante erat terra apparuit arida: et in mari rubro via sine impedimento: et campus germinans de profundo nimio: per quem omnis natio transiuit: que tegebat manu tua: videntes tua mirabilia et mostra.



**L**atum est superi⁹ de exterminio egyptioz mirabili in mari rubro. Vt agit dñr de fauorabili patrocinio collato hebreis in recedēdo d̄ egypto. **Et** circa h̄ duo facit. **Na** p̄ cōmemorat diuina gubernatio. **Secūdo** narrat hebreozus exultatio. **ibi.** (Tanq̄. n. equi) **Circa** p̄m duo facit.

**Nam** primo ostēdit in generali qualiter omnis creatura famulabat diuine voluntati ad hebreozum liberationem. **Secundo** hoc ipsum manifestat in speciali per particularem deductionem. **ibi.** (Nam nubes). **Circa** p̄mum est sciendum: q̄ sicut omnis creatura libera dei voluntate producta est de nihilo: ita omnis creatura diuine voluntati suam operationem vel exercendo vel suspendendo pro tempore famulatur. **Et** ideo cum deus voluerit solem et lunam retrahit: et motum eis sistit: et cum voluerit mundum ac lucem illuminat: et motus continuat: sicut miraculose factum fuit tempore passionis xpi quo ad subtractionem: et etiam tempore **Iosue** quo ad stationes zc. **Et** sic est de omni alia creatura. **Et** hoc est quod dicit. (Omnis enim creatura ad suum genus refigurabatur) reflectendo se ad suū genus que d̄ deus est: et conformabatur illius voluntati. sicut enim docet **Aristote.** 5. **Metaph.** ca. de genere. Genus vno modo dicitur illud a quo multitudo aliqua: sicut a primo generante producit. **Et** s̄m illum modū loquendi deus potest dici omnium rerum genus. **Apocal.** 22. Ego sum radix et genus omnium: **Ad** hoc genus ois creatura refigurabat: id est reuertendo conformabat (deseruiens tuis p̄ceptis). **Ad** h̄. n. ois creatura condita est vt conditori suo omnia obediat. **Et** multipliciter refigurabatur per be-

R. n̄so ad p̄mā q̄onem.

R. n̄so ad secundā q̄onem.

Qui filiant se virtuosos et nō sunt: sūt peiores q̄ corruptiores mone te.

R. n̄so ad tertiam q̄onem.

**Seneca.** Fugiedi sūt mali socij.

Aegēti

Aristo.

Expōsō

Aristo.

gnam gubernationes hebreorum. Et iō subdit. (Ut pueri tui). v. famulātes tibi hebrei. puer enī dicit famulus (custodirent illes). s. in egypto: in mari rubro et in deserto. Hanc autē obedientiā creature ad deū: et solatiū hebreorum in speciali declarat dupliciter. v. in colūna nubis: que eos protegit per diem: ne calore solis comburentur: et in recessu maris rubri: quo dedit eis vias siccas: in qua sine impedimēto graderent. Uñ dicit sic. (Nāz nubes illorum castra obūbrabat) que tria eis fecit. Nā dividebat inter eos et hostes: compescuit solis ardores et lucebat per noctes. Item quantum ad recessum maris dicit sic. (Et ex aqua que ante erat) supple in loco suo: terra apparuit arida: et in mari rubro via sine impedimēto: et campus germinans de profundo nīmio. id ē locus speciosus et ita securus et amenus pro itinere ac si fuisset camp⁹ germinās. (Per quem) campum siue locuz ad modū campi se habentē (omnis natio) hebreorum (transiuit) que (regebatur manu tua). id est potestate: (videntes tua mirabilia) quo ad transitum eius sicco pede per mediū rubri maris: (et monstra) quo ad submersionem egyptiorū in illo. (Circa illam clausulam. Ad genus suum refigurabat. Moraliter gen⁹ nostrum considerare debemus quadrupliciter.

- Ex parte patris.
- Ex parte matris.
- Ex parte germanorum.
- Ex parte filiorum.
- Pater est deus.
- Mater est terra.
- Germani sunt angeli.
- Sily sunt opera. Seruemus igitur in nobis.

Rōne p̄ris nobilitatem. Primo q̄ cum Rōne matris humilitatem. secundo q̄ cum Rōne fratrum stabilitatem. tertio q̄ cum Rōne filioꝝ oꝝꝝ utilitatem. Act. 6. Fecit ex vno hoīe oē gen⁹ hoīum. Et ifra. Igit cum simus genus dei nō debemus estimare auro et argento: aut lapidi sculpture artis: et cogitationi hoīum diuinū esse simile. Nobilitas autē ista nō est nisi bonitas moralis. Uñ oīs virtuosus ē nobilis et generosus: et oīs viciosus degener est et ignobilis. Et iō contra viciosos gloriozantes de sua generositate carnali ratiōabili liter inuehit Boeti⁹. 3. de sola. metro. 6. p̄bans hominem viciosum esse ignobile: et hoīem virtuosum nobile. Et dicit sic. Omne genus humanum in terris. Simili surgit ab ortu. Unus enī rerū pater est. Unus qui cuncta ministrat. Ille dedit p̄bebo radios. Dedit et cornua lune. Ille homines etiā terris: dedit et sydera celo. Dic membris claudit animos celsa sede petitos. Mortales igit cūctos: edidit mobile germen. Quid genus et proavos strepitis: si primordia vestra: Auctoremq̄ deū spectes: nullus degener extat. Nī vitys peiora fontens: pro priū deserat ortū. In hoc metro quinq̄ Boetius dicit. Primo q̄ homines siue diuites siue pauperes similem habent ortum: q̄ animam de deo. corpus autē de terra. Secūdo q̄ deus est pater oīum rerū: tam hominū q̄ alioꝝ. Tertio dicit q̄ iste pater est valde nobilis: quia omnia produxit: et omnia ministrat taz in celo q̄ in terra. Dedit et p̄bebo radios: dedit et cornua lune. Quarto enim dicit q̄ fatuum est genus et proavos ad factantiā recitare. Quinto q̄ omnis virtuosus est nobilis: sed ille degener efficitur qui deserens deum implicat se vitys. Hinc concordat Seneca: quere. cap. 8. lectionis. 3. Recogitantes igitur genus nostrum ex parte patris simus tales in moribus vt nō mentiamur cum dicimus. Pa-

ter noster et. Matth. 6. caplo. Sed vt de nobis possit veraciter dici illud. i. Petri. 4. Vos autem estis genus electum regale sacerdotiū: gens sancta et populus acq̄sitionis et. Secūdo intelligentes genus nostruz ex parte matris: seruemus humilitates. Terra enī est mater nostra s̄m p̄m. Terra est infimum et vltimum elementum. narrat Valerius. lib. 7. ca. 3. de Junio bruto: q̄ cum a rege Tarquino auunculo suo omnē nobilitatis indolem excerpti: interq̄ ceteros etiam fratrem suū q̄ vegetioris ingeny erat interfectuz animaduertentes: obtusi se eē cordis simulant: eaq̄ fallacia maximas virtutes texit suas. Profectus etiam delphos cum Tarquinij filijs: quos is ad Appollinem p̄tibium muneribus sacrificijsq̄ honorandum miserat: aurum deo nomine doni causa cauato baculo inclisum tulit: quia timebat ne sibi celeste numen aperta liberalitate venerari tutū non esset. Peractis deinde mādatis patris Appollinez iuuenes consuluerunt: quisnam ex ipsis rome regnatura videretur. At is penes eum summā vrbis rome potestatem futuram respondit qui ante omnes osculum m̄i dedisset. Tuz brutus p̄inde atq̄ castus plapfus de industria se abiecit: terramq̄ cōmunem omnīū matrē existimans osculatus est. Nō tam vafre telluri impressum osculum vbi libertatem. Bruto p̄imum in fallis locū tribuit. Et illo modo moraliter quicūq̄ ad regnū aspirant celeste necesse habent se in p̄senti humiliter tenere: simplices se simulare et esse: terras matrē per mortis recordationem osculari: vt sciat quilibz cuius generis sit ex parte matris: q̄ nō est celestis: sed terrenus. Et dicat illud Sapien. 7. Sum quidem et ego mortalis homo ex genere terreni illius q̄ p̄mo factus est. Tertio rememorantes genus nostrum ex parte fratru qui sunt angeli seruemus stabilitatem in bono. Dicit enim natura humana germana angelozum. Unde cum Tobias a Raphaelle vellet genus inquirere. Respondit. Genus queris mercenarij an ipsuz mercenariū: qui cū filio tuo eat: Sed ne forte sollicitū te reddam. Ego suz Acharias Ananle magni filius. Tobias respōdit. Ex magno genere es tu. Tobie. 5. Verum dixit angelus secundum nominis interpretationes. Acharias namq̄ interpretatur adiutor. Ananias gloria dei. Erat enī adiutor glorie dei. Quando ergo recogitamus angelos fratres nostros germanos esse in tanta gloria: et nos ad eos nō posse p̄tingere: nisi fratrib⁹ n̄ris assimilēmur: conari debemus totis viribus nostris ipsos fratres nostros imitari. in signum fraternitatis istius Raphael qui et Acharias: que Tobias vicissim fratrē vocat. Tobie. 6. Obsecro te Acharia frater. Et Tobie. 9. Frater peto te vt auctulces verba mea. Et angelus ad eū. Tobie. xi. Tobia frater scis que admodū reliquisti patrē tuū et. Sunt q̄ tam homo q̄ angelus de parentela diuina: sed certe homo multiplicius cū sit triplex cognatio. i.

- Legalis per adoptionem.
- Spiritualis per sacramenti susceptionem.
- Carnalis p̄ carnis ppagationē. Angeli t̄m attinēt deo s̄m cognationē legalē: qua per grām sunt adoptati. Nō autē attinet deo triplici cognatione legali: q̄ est fili⁹ dei adoptiuus. Ad ep̄. i. i. Predestinavit nos in adoptionē n̄ filioꝝ dei. Etiam est fili⁹ dei sp̄ialis: q̄ p̄ baptismū nos regenerauit. Jobā. i. Dedit eis ptatē filios dei fieri: et etiaz carnalis frater: q̄ de nostra p̄genie nām assumpsit. Ad Heb. 2. Nusq̄ angelos apprehendit: sed semē Abzæ: et ideo possumus dicere angelo illud. y. Mach. 7. Noli putare genus nostrum a deo derelictum esse.
- Quarto recordātes gen⁹ n̄m ex pte filioꝝ: fuemus

autē dicitur...

Moralitas.

Primo dicitur virtuosus est nobilis.

Boetius.

Boetius.

Seneca

Seco.

Valerius.

Qui volunt ad celeste regnū ascendē debent se humiliter.

Tercio.

Angeli sunt fratres n̄re.

Angeli.

Quarto.

in morib<sup>9</sup> utilitate. Sily. n. nri opa nra sunt. Ecclesia. xi. Ante morte ne laudes homine queq; qm in filys suis agnoscit vir. i. in opib<sup>9</sup> pfectis fm glosam ibide. Apoc. 20. Judicatu est de singulis fm opera eoz. Et Apocal. 14. Opa eni illoz sequunt illos. In istis g filys fuem<sup>9</sup> utilitate: vt sint nobis meritoz ad gloziam r no ad pena: qd est qn opus nrm pducit a gratia diuina r libero arbitrio. Qn vo pducit a diabolo carne vel mundo r libero arbitrio est qsi spuriu gen<sup>9</sup>. Et no pot conseq hereditate celeste. Et ideo pbibet potifici legis veteris sub figura. Leuit. xi. q no comisceat stirpe sui generis vulgo getis sue: qz ego dñs qui sanctifico eum rē.

Lectio. CCVIII.

**T**āq; eni equi depauerunt escam: r tanq; agni exultauerunt magnificātes te domine: qui liberaſti illos. Memores eni adhuc erant errorum que incolatu eoz facta fuerant: quemadmodum pro natione animalium eduxit terra muscas: r p piscibus eructauit fluuius multitudinem ranarum. Nouissime autem viderunt nouam creaturam auium: cum adducti concupiscentia postularunt escas epulatiōis. In allocutiōe eni desiderij ascendit illis de mari ortigometra.



**P**ostquam acutus est de mirabili hebreoz gubernatione taz in mari rubro q in deserto. In ista parte agit de inenarrabili exultatiōe eoz in ytroq; loco. Et circa hoc duo fiunt.

**N**am pmo ostendit quo letabantur pro miraculo transitus maris rubri.

**S**ecdo ostendit quo letabant de delizioso minio cuiusda noui cibi r hoc in loco deserti. ibi. (Nouissime aut.)

**C**irca primum duo facit.

**N**ā p describit eoz epulatio p trāſitu maris rubri.

**S**ecdo exaggerat eoz admiratio ex his que videntur in terra egypti. ibi. (Memores. n. adhuc.) Describitur. n. eoz exultatio r gaudiū sub figura duplici. vs. equoz r agnoz. Eg. n. depascentes bona pasua r agni in iuuetute tenera lasciuie r leticie multū vacāt. Cōueniēs eni nutrimentuz r etas tenera iuuentutis tam in hominib<sup>9</sup> q in bestijs causare solet leticiā. Et ideo dñs de hebreis. (Tāq; n. eq depauerūt) i. sic exultauerunt sicut eq depascentes bonā escā. Sic. n. dñs de hoie exultate r lasciuie te: pbenda sua pungit eū. (Tāq; agni exultauerūt) q p corporis gesticationē leticiā cordis ostendūt. Eodem mō loquēdi vsus est. ps. describēs leticiā filioz israel post trāſitū maris rubri. iij. Mare vidit r fugit rē. r seque. Mōtes exultauerūt vt arietes r colles sicut agni ouiu. Salte modus loquēdi vtriusq; s. tam prophete in psalmo q sapientis in isto loco r cordat. (Exultauerunt. igit magnificantes te dñe) i. te magnificū colaudantes. Exod. 15. Cantemus dño. gloriose. n. magnificatus est: (qui liberaſti illos) tam de pbaronis potestate q de via maris rubri (Depauerunt) i. audacter r sine pauore se habuerūt (sicut equus) Job. 39. Exultat audacter r in occurſuz pgit armatus: contēnit pauorez: nec cedit gladio. Cōsequenter narrat gaudiū eoz de transitu maris rubri. Recordabant. n. tunc temporis euz viderēt eis cedere aquas maris rubri: quo aque contra egyptios pugnauerūt r quasi contra nām aqua

Expōlfe.

rum illarū egyptios afflixerūt: pbentes eis ranas p piscib<sup>9</sup>. Terra etiā exhibebat eis muscas p vtilib<sup>9</sup> animalibus. Et illa recordatio multū augmentabat leticiā hebreoz qn pendebāt terrā r aquā inimicis eoz refistere: r conuerso eis tam benigne fauere. Et hoc est qd dicit. (Memores. n. adhuc erant que in incolatu eoz dum adhuc accole egypti fuerunt facti (quemadmodū p natione vtilium animalium produxit terra muscas.) Exo. 8. Venerūt musce grauissime i omni domo pbaronis (r p piscib<sup>9</sup>). i. loco pisciū (eructauit fluuius in litore (multitudine ranarū.) Exod. 8. Ascenderūt rane r operuerunt terram egypti. C Circa illam clausulam. (Quemadmodū p natione animalium produxit terra muscas rē.) Notandū est q moraliter in pmitiua ecclesia fuerūt pnone valide p vite sanctitate. Unde erāt quasi fortia animalia. Apocal. 4. Animalia requiem nō habēt die ac nocte vicētia. Sāctus sanctus sanct<sup>9</sup> dñs de<sup>9</sup> oipotēs: s; heu modernis tēporib<sup>9</sup> loco fructuosoz animalium successerunt musce.

**V**olantes per superbiam.

**S**edantes per luxuriam.

**M**ordentes per iracundiam.

**M**ugientes per auaritiā. Sap. 16. Illos autē muscarum r locustarū occiderunt morsus r non est inuenta sanitas anime eorum. Eodez modo in sancta religione patres primitiui fuerunt quasi boues.

**P**ropter maturitatem solide conuersationis.

**P**ropter mugitum sonore predicationis.

**P**ropter scissam vngulam recte discretionis.

**P**ropter cornua debite prelatiōis. Sed iam loco bouum successerunt musce.

**V**olantes per discursus r euagationem.

**S**edantes per vilem r scandalosaz conuersationē.

**M**ordentes per maliciosas detractiones.

**M**ugietes p suspiciosas ipartiōes. Conſimilit quo ad scholā. C Primo p piscib<sup>9</sup> sūt mō rane. fuerūt. n. antiqui

studētēs curiosi rimātes r scrutātes: tā plie q theologie pſunda fluuioz more pisciū pſcrutantes. Job. 12. Volatilia celi idicabāt r narrabāt ea pisces maris. Diſtinguit. n. Magister Rodulphus Beluacēſis tria genera clericoz: sicut narrat Heraldus Labreñ. in plogo pmi ſpeculi ecclesie. Sunt. n.

**Q**uidam superſeminati.

**Q**uidam pannofi.

**Q**uidā paſſati r maſſati. C Primo ptermiſſo gramaſice fundamēto ſupedificāt varias facultates ſuſpiciatiles non exiſtētes: ſtatimq; imaturi r imperfecti ad magiſterium feſtinātes: quibus illud Pliny congrue adaptatur. Sūmo ſole ſparſa ſemina ſe lōge celerius eſtundunt: r mutata ſpicas herbule in manibus ariſtis: ante meſſis tempus ſtaueſcūt: r ſimulatis oīno vacue fructibus emarceſcunt. Secūdi de ſingulis ſcientijs aliquid habent vbiq; peregrini: nuſq; manſuri: qui cū nihil exiſtant omnia ſe eſſe vident. Terty ſunt pauperes: qui ſit terature ſolidum fundamētū ceterarūq; facultatū edifiſcium conſtruunt interdum inconuulſum. Nec ille. Et tales fuerunt antiquitus piſces. i. ſtudentes. Jam vero loco piſcium ſurgunt rane.

**B**arrulantes.

**S**altantes.

**I**n luto morātes.

**A**quam turbantes.

**B**arrulantes per exceſſiuam loquacitatē. **S**altantes per nimie expediōis velocitatē: quia nec plane nec continue nec ordinate addiſcunt: ſed anteq; ſciunt partes ſaliunt ad artes: r inde de libro ad librum ſe mouentes: que vtilia r diſſicilia ſunt trāſiliunt: r ſcholāſt

**A**  
In pmitiua ecclesia erant boues multū perfecti

**P**rimo

**R**odulph<sup>9</sup>

**B**  
Eria gnācle ricornū

cos gradus attingunt.  
**I**n luto etiam morantur per carnis desideria: et  
 Aquā. i. sciam turbant per improprietatis ministeria.  
**C**onsequenter ponit in littera quo filij israel letaban-  
 tur in deserto pro delizioso conuiuio cuiusdam noui ci-  
 bi: quando videlicet ipsi desiderantibus vesci carnibus  
 dñs dedit eis coturnices: sicut expositum fuit superius.  
 ca. 16. Unde dicit sic (Nouissime autem viderunt nouā  
 creaturam auium: non de nouo creatā: sed tunc de no-  
 uo eis adductam. Dicit ergo (nouissime) vt distingua-  
 triplex tempus: videlicet tempus moze in egypto: tem-  
 pus exitus de eadem: et tempus pgressus in desertum. Et  
 tunc in hoc nouissimo tēpore datum fuit eis conuiuiz  
 istud: aliogn appareret falsum qd. s. dicit hic nouissime:  
 qz ipsi filij israel tardius habuerunt coturnices qm man-  
 na. Exod. 16. Vespere comedetis carnes et mane satura-  
 bimini panibus. Sequitur. (Cum ducti concupiscētia  
 postulauerunt escas epulationis) .i. escas delectabiles  
 carniū quibus vsi fuerant in egypto: quorum deside-  
 rio deus satisfecit. (In allocutione desideriorū) .i. de-  
 siderium eorum qd est quedam allocutio apud deum:  
 (descendit illis de mariotigometra) .i. id est coturnix.  
 de quo supra. c. 16. in principio dictum est.

Lectio. CCIX.

**E**t vexationes peccatoribus superuenerunt  
 non sine illis que ante facta erant argumen-  
 tis per vim fluminum. Iuste enim patiebantur  
 vim suas nequicias. Etenim detestabilio-  
 rem inospitalitatem instituerunt. Alij qui-  
 des ignotos non recipiebant aduenas. Alij  
 autem bonos hospites in seruitute redige-  
 bant: non solum hoc: sed et alius quidē erat  
 respectus illorum: quoniam inuiti recipiebant  
 extraneos. Qui autem cum letitia receperunt  
 hos qui eisdem vsi erant institutis: sensissimis  
 afflixerunt doloribus: percussi sunt autem ce-  
 citate: sicut illi in foribus iusti cum subitaneis  
 cooperti essent tenebris: vnusquisque ostij sui  
 transitum querebant etc.



**N**arratio patrociniō scō hebre-  
 is: et designata eorum  
 leticia et exultatione: redit auctor ad ex-  
 plicanduz de exterminio facto egyptus:  
 ac eorum malicia ac preuaricatione. Et  
 circa hoc tria facit.

**N**am primo ponit eorum penā.  
**S**ecundo explicat pene iuste eam. ibi. (Iuste enim)  
**E**t tertio ponit pena eorum. nota vel noua. ibi. (per-  
 cussi sunt.) Circa primum dicit. (Et vexationes) .i. puni-  
 tiones (superuenerunt peccatoribus) .i. egyptus p vim flu-  
 minum in mari rubro nō (sine illis) argumētis. i. miris  
 signis vel argumētationib: que pcesserūt in egypto ad  
 eorum correctionē. Consequenter explicata pena subdit  
 culpa que fuit pene iusta causa: et dicit sic. (Iuste enī pa-  
 tiebant) illas vexationes siue punitiones (vim suas ne-  
 quicias). Sicut autē hec negeia spālīter extra piām hospi-  
 talitatem: quā duplī peccauerunt. Quidā hebreos in  
 terra egypti non receperunt. Alij vō ipsos receperunt: s  
 cum mala voluntate. Alij vō ipsos receperunt: sed postea  
 receptos seruitute et alijs doloribus afflixerunt. Alij autē  
 non solū ipsos nō receperunt: imo recipientes sensissimis

Expōlfe.

21

dolorib: cruciauerunt. Dicit igit sic. (Vñ dñm est qz in-  
 ste puniebant: etenim detestabiliorē instituerunt in hospi-  
 talitatem) ipsi egypti: qz inhospitales et crudeles erant  
 nimis. qd patet sub differentia quadruplici. (Nam alij  
 quidem ignotos non recipiebant aduenas) qui totali-  
 ter erant inhumani. Alij vō ipsos receperunt: sed bonos  
 hospites in seruitutem accipiebant: in luto et latere ipsos  
 seruitute cogentes. Exodi primo. Tertio non solum hoc  
 fecerunt: sed amarissime ipsos cruciauerunt: qz (et alius  
 erat respectus illoz) .i. intentio ipsoz: qz nō solū fece-  
 runt illiberaliter et inhumane in hoc qz vexauerunt bo-  
 nos hospites seruitute: s; etiam in hoc qz malam habue-  
 runt ad eos voluntates: ppter hoc solū qz fuerūt exēni.  
 et ideo dicit. (Quoniam inuiti recipiebant extraneos.)  
 Quarto hoc fuit in eis pessimū qz si erant aliq cū leti-  
 tia receperunt peregrinos naturali compassione: illi tñ q  
 nō receperūt tales grauissimis dolorib: afflixerunt. et ideo  
 subdit. (Qui autē cū letitia receperunt) hebreos et alios  
 peregrinos (hos) .i. recipientes (qz et eisdē institutis vsi  
 erant) .i. ppter deū recipiēdo extraneos (sensissimis af-  
 flexerunt dolorib:) et est sensus: qz illi qui statuerūt non  
 recipiēdos hospites esse illi hos qz receperunt acriter pu-  
 nierūt. Consequenter ponit conueniēs et pportiona-  
 ta pena illoz: sicut enim sodomite hospitalet angelos in  
 forma humana a loth receptos in hospitio: ignominio-  
 se tractare volebant. et ideo merito puniti sunt cecitate et  
 tenebris. Ita isti egypti non hospitaliter tractantes he-  
 breos palpabili tenebris p tridui puniti fuerūt: sicut  
 supra dñm est. ca. 17. et hoc est qd dicit (Percussi autem  
 sunt) egypti. videlicet (cecitate et tenebris.) Exodi. 10. si-  
 cut et illi. i. sodomite quos in detestatione nefandissimi  
 vitij et abhomiabilis noie non curat. sicut nec dñs de  
 diuine epulone: cui de noie subtrahēdo solū Laqarū reci-  
 tare dignabat. Luce. 16. sic similiter de pmo (in forib:  
 iusti) .i. loth cum. (subitaneis essent cooperti tenebris.)  
 Heñ. 19. Vnusquisque trāsitu hospitij sui querebat. s. introi-  
 tū ostij ipsius loth: nec iuenire poterāt. Heñ. 19. Percus-  
 si sunt cecitate a minimo vsqz ad maximū: ita vt ostiū  
 iuenire nō possent. Circa apud hospitalitatis est no-  
 tanduz qz hospitalitas grata deo quattuor debet habere  
 re conditiones. s.

- 1. Hylaritatem sine murmuratione.
  - 2. Securitatem sine turbatione.
  - 3. Saturitatem sine diminutione.
  - 4. Pietatem sine negociatione.
- Primo igit debz hospi-  
 talitas habere hylaritatē sine murmuratiōe. i. Pet. 4.  
 Hospitalis inuicem sine murmuratione. Hylarem. n.  
 se ostenderet miles si rex ad suum manerū. i. hospitij  
 declinare dignaretur. Sed rex noster xps toties hospi-  
 tio nostro recipit quotiens qualiscūqz i ei noie recepta  
 tur. vñ dicit Mat. 25. Hospes eram et nō collegistis me:  
 et ideo cū magna hylaritate recipiēdi sūt hospites. Exē-  
 plo abrae. Heñ. 18. Qui cū vidisset tres viros occurrit  
 eis et adorauit i terra. Et similiter loth. Heñ. 19. Et disci-  
 puli. Luce vlti. coegerunt xpm manere cū eis. vbi dicit  
 glosa. qz hoc exēplo docemur qz peregrini nō sūt soluz  
 ad hospitij vocādi. s; etiā trahēdi. Et dicitur hospitalitas  
 habere securitatē sine turbatiōe. Defendebant enim an-  
 tiqui? hoies hospites suos sub piculo suo: sicut narra-  
 Policrato. li. 8. ca. 13. vbi dicit qz crūminis icurrebat notā  
 quisquis p qnqz dies hosti. i. peregrino hūanitatē hos-  
 pitij venegabat. Ob equitatē. n. hospitib: exhibēdas  
 hostis antiqui? dicebatnr que nūc dicim? pegrini. Di-  
 cit? hostis ab hostire qd est aquare s; papiā. cui qm qz  
 fuerat inhumanus de iure antiquo iniquus erat. Aut  
 Dolkot. 3 3

137

137

137

137

137

137

137

137

137

137

137

137

etiqz vo fultet eis huanus r pius: equo r iustus cenleba  
 tur. Exeplu de Lotb. Hen. 19. Qui p hospitiu defende  
 dis filias suas obtulit sodomitis qquis ex perturbatione  
 animi: non sano tri vsus consilio hec dixisset. Un nec in  
 hoc est imitandus: qz no sunt faciendā mala vt eueniat  
 bona. Hoc tamē ideo dicit q mos erat fidelū hostes. i.  
 hospites suos ab omni iniuria defendere: sicut magister  
 in hystoriz suis dicit. Tertio debet hospitalitas ha  
 bere saturitatē sine diminutiōe: vt omnia necessaria ho  
 spiti ministrent. vnde cū leuita dixisset seni. Judicū. 19.  
 Nulla re idigem nisi hospitio. Rñdit senex gabaonit  
 ta ego sum: pbebo omnia que necessaria sunt tibi: tātuz  
 queso in platea ne maneat. Exeplū etiā ad hoc in su  
 namite habemus. 4. Regū. 4. que dixit viro suo. Ani  
 maduerti q vir dei sanctus est iste qui transit per nos  
 frequēter: faciamus ergo illi cenaculū paruum r ponā  
 mus in eo lectulū r mensam r sellā r candelabru vt cū  
 venerit ad nos maneat ibi. Istud est nōnullos q ser  
 uiant hospitib suis pulchris verbis tñ: r de peiori po  
 tu que hñt in domo ppinant illis. Quarto hospitali  
 tas debet habere pietatez sine negociatione: vt pro di  
 uino amore: non p numo vel lucro hospes admittatur:  
 tales enim receperunt mercedē suā. ad Deb. 13. Charit  
 tas fraternitatis maneat in vobis: r hospitalitatē nolite  
 obliuisci. Ecōtra q recipit qtuor in se fuet. f.  
 Ut sit contentus per acceptationem.  
 Sit hospiti gratius per gratiaz actionem.  
 Laueat in domo dñationem: nec nimis vexet amicū  
 per frequentationem. Primo sit contentus p accepta  
 tionē r gratanter accipiat que spontanee offerunt. Hāc  
 charitatē xps docuit discipulos suos. Luce. 10. In eadē  
 domo manete edentes r bibentes que apud illos sunt.  
 vii dicit adam metricē. Luz tibi pbremus leto vultu qd  
 habemus. Qd tibi sit gratis accipe sitqz satis. vii recl  
 tat Seneca q socrates cuz hospites suos satis tenui ce  
 na suscipere pararet: r amicus ei hoc improparet: respō  
 dit. Si boni sint equanimiter ferent: si mali turbabun  
 tur. Secundo sit hospiti suo gratius: sicut narrat Da  
 res phrygius de bello troiano q Telephus impediuit  
 sociū suū Achillez: ne regem Teucratem occideret me  
 mor q cum patre suo Hercule olim apud teucrates ho  
 spitatus fuisset. Item Seneca. lib. 4. de beneficijs narrat  
 q miles ingratis hospiti stigmatibus isignitur. quere  
 supra in cap. 16. lectiōe. 185. in fine. In libro ecclesiasticē  
 hystorie narratur q cuz Hreg<sup>o</sup> eps vrgente tpiis r pro  
 celle angustia i alpbis in sanū appollinis diuertisset a  
 sacerdote lz pphano ociosissime est receptus. Post cu  
 ius digressum accessit sacerdos ex moze poscere consil  
 ta r responsa: sed nulla responsio veniebat. Tunc iterū  
 r iterum sacerdos victimas repetit: nihilominus semp  
 silentiū permanebat. Cūqz sacerdos stupore estuaret:  
 in somnis demon assistit dixit se nihil posse. Peractā  
 ti causam ait. Per aduentuz Hregozij esse expulsū: r  
 cum perquireret sacerdos quid tunc remedy daret ait.  
 Non aliter sibi ingredi licere nisi Hregozius admitte  
 ret. Quibus auditis sacerdos secutus est beatus Hrego  
 riu: ad etiāqz perueniens rem pandit ex ordine huanita  
 tis sue r hospitalitatē eū admonuit: qrelā expulsi numi  
 nis exposuit: ademptam facultatem sui questus deplo  
 rat: ac reddi sibi omnia ad pristinum statum deposcit.  
 Scripsit Hrego. eplam in hec verba dicens. Hrego. Ap  
 polini. Permitto te redire ad locum tuum r agere que  
 consueuisti. Quaz cum sacerdos posuisset iuxta simula  
 crum: affuit demon responsa dictis poscenti: quod iste  
 admirans r dicens penes se q Hrego<sup>o</sup>. maior erat isto

clausis ianuis phani adyt Hregozius r prostravit se ad  
 pedes eius rogans vt illi se deo offerat cui<sup>o</sup> virtute Hre  
 gozias dys gentium imperabat. Qui cum instetisset ca  
 tbecuminus fact<sup>o</sup> est ab ipso: r postea baptisimū cōsecu  
 tus intantū vite merito ac fidei v̄tute p̄fecit vt ip̄e b̄tō  
 Hregozio in ep̄atu successerit. Laudanda est ergo hospi  
 talitas sacerdotis infidelis: veneranda sanctitas ponti  
 ficis mirifica: r pietas saluatoris sacerdotem iustifican  
 tis cōmēdanda. Tertio caueat hospes nimiaz dñā  
 tionez in domo vel familia sui hospitis. qnimo dño do  
 mus obtēpare studeat diligēter. Est. n. nimis rep̄bēfl  
 bile si ordinationē dñi dom<sup>o</sup> hospes p̄sumeret reproba  
 re: cuz teneat oia obseruare que dñs domus ordinauit.  
 iuxta illud metricū. Cū facis ingressum studeas sic esse  
 modestus. Ut post decessum de te sit rumor honestus.  
 Quarto caueat nimiaz frequentationem. iuxta illud  
 Prouer. 25. Subtrahē pedē de domo primū tui ne for  
 te satiatus oderit te. Et eodem mō p̄pter eandē cām ca  
 ueat magnā morā cū hospite suo cōtrahendā p̄pter fa  
 miliaritatē nimiam: per quā in ipsius contemptuz facti  
 lius cadere posset. Secūdo considerandū est q ho  
 spitalitatis qtuor sunt emolumenta.  
 Nam primo disponit ad dei cognitionem.  
 Confert temporalium multiplicationem.  
 Excludit diuinam vltionem.  
 Meret dei r angeloz susceptionē. De p̄mo exeplū  
 Luc. vlt. De duob<sup>o</sup> discipulis q cognouerūt dñm in fra  
 ctione panis. sic nōnūqz diuina cognitio alicui isundit oc  
 cassione viri sancti in hospitio suscepti. De 2<sup>o</sup> patz. 32<sup>o</sup>  
 Regū. 17. de vidua q helyā suscepit hospitio suo: cui fa  
 rinula nō defecit nec lechitus olei minut<sup>o</sup> est. De 3<sup>o</sup>  
 pz. vt hñ Josue. 6. Sola raab meretrix viuat: eo q ex  
 ploratores hospitio recepisset. De q̄rto Marti. 10.  
 Qui vos recipit me recipit. r ad Deb. 13. Hospitalitatē  
 nolite obliuisci: p hāc. n. quidā placuerūt angelis hospi  
 tio receptis: sicut Abraā Hen. 19. Serf q qdaz sena  
 tor: sibi castrū struxit pulcherrimū sup cui<sup>o</sup> ianuas sic  
 metricē scripsit. Decretum venit ne dormiat aut epule  
 tur hic gens villana: sz achilles plato diana. Intēdēs  
 p hoc ordinare q nullus ad illud castrū ad hospitiiū vl  
 prandium recipere nisi eēt miles vel p̄bus aut dña no  
 bilis. Cui xps apparuit in somnis r ait: me r meos a ca  
 stro tuo conaris excludere p̄pter qd r te castro meo qd  
 celū est debeo iuste p̄uare. Cū q̄ senator iudicialē acce  
 pturus eēt iniam: iterposuit se supplicās m̄i dei: r obti  
 nuit senatori vite sue plōgatiōez r p̄cepit sibi q vsib<sup>o</sup> il  
 lis sic dictatis delectis r hospitalitati deuote se daret: r di  
 xit sibi sic. Muta decretū sanctorz suscipe cetū. Nudū  
 Martinū Jacobum Lazarū Peregrinum.

Lectio. CCX.  
 In se enim elementa duz conuertuntur: si  
 cut in organo qualitatis sonus immutatur  
 r omnia suum sonū custodiunt. Unde esti  
 mari ex ipso certo vsu potest. Agrestia entz  
 in aquatica conuertebantur r quecūqz erāt  
 natātia in terra transibāt. Ignis in aqua va  
 lebat supra virtutez suam: r aqua extingūē  
 tis nature obliuiscēbatur: flamme econtra  
 rio corruptibilium animalium non verane  
 runt carnes coambulantuz nec dissoluebāt  
 illam que facile dissoluebatur sicut glacies  
 bonam escam.

Terio.

Recepti bo spilio dz quat tuoz fuare.

Primo.

Uersus.

Seneca.

Seco.

Seneca

Exemplum.

Terio

Uersus.

Quarto

D hospitalitas vilitas.

Exemplum.

Uersus.

Quales debeat ad hospitalitū recipi

Uersus



**R**eprobanda crudelitate in hostibus egyptiorum et ostensio quod vigne per illam inhumanitatem fuerunt percussitenebrarum cecitate. In ista parte redit auctor satis abrupte tractando de divina potestate in operando mirabilia per filios israel in transitu maris rubri et in itinere per desertum. Dixit enim superius in isto capitulo quod omnis creatura reflectebat se quodammodo applicato cursu nature ad obediendum divine voluntati circa gubernationem electorum suorum: illa eandem conclusionem tractat in lectione bodierna. Et circa hoc duo facit.

Quia primo declarat obedientiam creature: tam in elementis quam in elementis in generali.

Secundo applicat obedientiam illam ad res gestas in speciali ibi. (Ignis in aqua valebat). Circa primum duo facit. quia.

